# MAGISTRI HONORII

# SUMMA QUAESTIONUM

# ‘DE QUAESTIONIBUS DECRETALIBUS

# TRACTATURI’

## PRIMA DISTINCTIO

### Textus

*Edidit*

NIELS BECKER

# < PRIMA DISTINCTIO >

## D.1 t.1 de rescriptis

**pr.** De questionibus decretalibus tractaturi ad cursum loquentis expeditiorem et audientium intelligentiam faciliorem eas utile duximus sub tripartita colligere distinctione, quarum prima continet questiones ad ordinem iudiciarium pertinentes, secunda meras decretales ad ministros altarisque ministeria spectantes, tertia matrimoniales.

In prima igitur distinctione, que ordinem iudiciarium tangit, eo ordine questiones questionibus continuamus quo in cotidianis iudiciis successiue de facto solent proponi. Set quoniam in omni negotio instituendo qui aduersarium uult conuenire ad maiorem cautelam rescripto summi pontificis partem suam consueuit munire, ideo de rescriptis premittamus fingentes aliquem spoliatum, qui ad postulandam restitutionem rescriptum summi pontificis ad iudicem delegatum deportauit.

Sciendum igitur est, quoniam multa sunt que progressum rescripti impediunt, quia falsitatis adiectio, ueritatis suppressio, si iuri communi sit contrarium, si in eo sit erratum siue circa personam siue circa officium siue circa rem siue circa causam, si posterius sit impetratum non habita mentione prioris, si non fuerit bullatum. De singulis ergo capitulis uideamus.

---

**tit.** Incipiunt questiones (*rubr.*) L fol. $90^{ra}$, Incipiunt questiones ueneriales secundum magistrum Honorium (*rubr.*) Z fol. $179^{ra}$, de Rescriptis *supra col.* D fol. $1^{r}$

---

**pr.** 1-5 De questionibus decretalibus tractaturi, ad cursum loquentis expeditiorem atque audientium intelligentiam faciliorem eas utile duximus sub tripartita colligere distinctione, quarum prima continet questiones ad ordinem iudiciarium pertinentes, secunda (meras *del.*) meras(!) decretales ad ministros altarisque ministeria spectantes, tercia matrimoniales K *secundum* E. Steffenhagen, *Catalogus*, p.17 16 siue *om.* P

**q.1** De primo igitur **queritur**, si adiectum sit falsum, an eo probato exspiret iudicis iurisdictio.

**Et uidetur**, quia ‘sub hac condicione, si preces ueritate nitantur’, committitur iurisdictio, ut xxv. Q.ii. Vniuersa. Immo semper subintelligitur, etiam si non apponatur, ut in extra. de iud. deleg. Ex parte. Set hic non subest condicio, ergo cessat iurisdictio. Item ‘nullum supplicanti debet afferre remedium’, ut xxv. Q.ii. Dicenti. Set si iudex cognosceret, aliquod ei remedium conferret, ergo cognoscere non debet. Item ‘mendax precator penitus carebit impetratis’, ut xxv. Q.ii. Etsi legibus, ergo quantum ad omnem progressum. Ad idem arg. di. ix. Si ad scripturas, iii. Q.ix. Pura.

**Econtra**: Quia cuiuscumque modi fuerit mendacium, ‘datus iudex pro tenore ueritatis, non deprecantis affirmatione cognoscet’, ut xxv. Q.ii. Prescriptione, de con. di. iiii. Si non sanctificatur, in extra. de iud. deleg. Intelleximus.

**Solutio**: Placet quibusdam illa intelligenda esse de ordinariis et delegatis qui probato falso cognoscunt ut ordinarii, non ut delegati. Contraria intelliguntur de simplici delegato. Vel melius: In omni commissione duo mandantur, iurisdictio et forma cognitionis. Et quandoque utrumque amittitur, quandoque unum tantum, quia, si capitulum de quo tota uis negotii pendet sit falsum, utrumque amittitur, puta si diceret se dominum et fuisse spoliatum uel huiusmodi, cum neutrum esset uerum. Quo casu loquitur Etsi legibus. Ceterum quando non est tale falsum, puta si non fuit spoliatus, set est dominus, unum tantum amittitur, scilicet forma cognitionis, que quidem sola sub condicione committitur, quo casu loquitur c. Prescriptione et extra. Intelleximus.

---

**q.1** 23 de iud. deleg.] de iud’ deleg’ P, de iud’ delegāt L, de officio iudiciario delegā et de rescriptis Z, de rescriptis iudicum delegB, d(e rescriptis *in ras.*) D 29 Q.] oc(!) L 29 Pura ZD, Puta PLB 30 Econtra *om.* LZB mendacium] mandatum P[pc] 32-33 de iud. deleg.] de iud’ deleg. P, de iud’ dele. L, iudicis delegati Z, de officio iu. d’le B, de iud’ del’ D 34 Solutio] Set quia L 35 probato] proboto P 42 set] si P[pc] 44 c. - Intelleximus L, illud capitulum Intelleximus ZB, prescrip. D, *om.* P

---

**q.1** 21 *sub - nitantur* in C.25 q.2 p.c.16 §8 22 C.25 q.2 p.c.16 §8 23 JL 14317; *App.* 7.18; 1 *Comp.* 1.2.2 (X 1.3.2) 24-25 *nullum - remedium* in C.25 q.2 c.16 25 C.25 q.2 c.16 26-27 *mendax - impetratis* in C.25 q.2 p.c.16 §3 27 C.25 q.2 p.c.16 §3 28 D.9 c.7 29 C.3 q.9 c.17 30-31 *datus - cognoscet* in C.25 q.2 p.c.16 §1 31-32 C.25 q.2 p.c.16 §1 32 *De cons.* D.4 c.72 32-33 JL 13950; *App.* 7.13; 1 *Comp.* 1.21.11(X -) 41 C.25 q.2 p.c.16 §3 44 C.25 q.2 p.c.16 §1 JL 13950; *App.* 7.13; 1 *Comp.* 1.21.11 (X -)

**q.2** De suppressione ueritatis **queritur**, an ea probata impediatur progressus cause secundum tenorem rescripti.

**Et uidetur**, nam si 'in fraude tacendi', idest suppressione ueritatis, 'reperiatur mendacium', non pro forma rescripti cognoscetur, ut xxv. Q.ii. Prescriptione. Item idem est uel per uim uerum supprimere et falsum adicere, arg. ii. Q.iiii. Nullam, iii. Q.ix. Hortamur. Set si adiceretur falsitas, cessaret forma cognitionis, ut supra dictum est. Ergo idem erit, si supprimatur ueritas.

**Econtra**: Si uerum fuit aliquem spoliatum et ipsum numquam canonice fuisse institutum et hoc suppressit, non uidetur impediri debere restitutionem secundum formam datam in rescripto ob talem suppressionem, quia spoliato hoc obici non potest, ut elidatur restitutio, ut in extra. de spo. Super.

**Solutio**: Dicunt quidam in possessorio suppressionem ueritatis non impedire formam rescripti; unde placet eis non habere legem illam Prescriptione locum in possessorio. Nobis autem placet eque locum habere in possessorio ut in petitorio et numquam suppressionem ueritatis impedire affirmantis deprecationem, nisi tale sit uerum quod sit de substantia negotii, scilicet quod si manifestaretur, rescriptum non impetraretur.

**q.3** De tertio capitulo **queritur**, scilicet si iuri communi reperiatur contrarium, an sit secundum id procedendum.

**Et uidetur**, quia 'Nulli fas est apostolicis contraire preceptis' etiam iuri contrariis, ut di. xix. Nulli, In memoriam, di. c. Contra morem. Item ipse est magister et custos canonum, ut xxiiii. Q.iii. Cum quibus. Item ipse est canon, ut ix. Q.iii. Ipsi sunt. Item sacrilegii instar habetur de facto pape disputare, ut xvii. Q.iiii. Nemini, § Qui autem de ecclesia. Item qui potest condere, potest interpretari, ut xi. Q.i. § Ex hiis omnibus.

---

**q.2** 50 arg. LBD, x. P, *om.* Z Q.iiii. Nullam] Q.v. Si nulla P 57 de spo. Super] despes. Super D

**q.3** 68 di. c. PL, di. *et lac.* Z, di. cª B, arg. c. D 70 ix. Q.iii. Ipsi sunt] ix. c. Q. Ipsi Z, ix. c. Q.iii. Qui Christi(!) sunt B 71 Qui autem B *et Friedb.*, Qui P, Quid L, Quod auten(!) D 72 Ex *om.* D

---

**q.2** 47-48 *in fraude - mendacium* in C.25 q.2 p.c.16 §1 48-49 C.25 q.2 p.c.16 §1 50 C.2 q.4 c.3; C.3 q.9 c.20 51 *ut supra dictum est* cf. Hon. *S. Quaest.* D.1 t.1 q.1 56-57 JL 14219; *App.* 22.5; 1 *Comp.* 2.9.5 (X 2.13.5) 59-60 C.25 q.2 p.c.16 §1

**q.3** 67 *Nulli - preceptis* in D.19 c.5 68 D.19 cc.5,3; D.100 c.8 69 C.24 q.3 c.36 70 C.9 q.3 c.16 71 C.17 q.4 c.30, p.c.29 72-73 C.11 q.1 p.c.30

**Econtra**: Rescripta contra ius impetrata non ualent, ut xxv. Q.ii. § Rescripta, Dicenti. Item cum aliquid contra ius mandatur, cessare debet a cognitione iudex, donec super hoc secundam susceperit iussionem, ut in Auth. de mandato prin., simile in extra. de iud. Ex parte.

**Solutio:** Cum deportatur rescriptum iuri contrarium, uel est contrarium iuri naturali uel positiuo, idest canonico siue consuetudinario. Si contrarium iuri naturali, non est secundum illud procedendum, ut xxv. Q.i. Sunt quidam, xvi. Q.iii. § Potest, di. x. Non licet. Si uero iuri positiuo, aut exprimitur 'non obstante iure illo uel illo', aut non. Si exprimitur, secundum illud est procedendum, ut ff. ne quid in loco publico l. ii. Sin autem, supersedendum, quo casu hoc est summo pontifici designandum, ut **•o•**

**q.4.1** De quarto capitulo sciendum quia erratur circa personam quandoque ex imperitia impetrantis, quandoque ex dolo aduersarii. Ex dolo aduersarii: Quandoque aduersarius dolose in absentia impetrantis commutat possessionem, ut ueniens nouum possessorem, utpote de quo nulla fit mentio in rescripto, eius auctoritate non possit cogere respondere. **Queritur** ergo, an in hoc casu respondere teneatur.

**Et uidetur** quod non, quia fines mandati diligenter sunt obseruandi, set in mandato non habetur quod istum cogat. Sic ergo eum cogere non poterit. Alioquin eius exspirat iurisdictio, ut in extra. de potestate iud. Si autem lis.

---

q.3 74 ualent] ualeret P Q.ii.] Sunt quidam xvi. Q.iii. § <Potest, di. x. Non licet> *marg.* P (cf. lin. 81-82) 74-75 Rescripta Dicenti] Dicenti Rescripta BZ Rescripta] Rescriptas P 77 Auth. - parte L, aūt de (mandato P[pc]) p(lacet P[pc]) simile in extra. di(!) iud. Ex parte P, autenticis de mandato principum simile (i *ras.*)n extra. de iuris dic. Ex parte Z, auteıtcuī de praecepto principum § Et hoc uero iubemus simile in extra. de iud' Ex parte B, aūt de mandato princ. simile in extra. de iud. Ex° parte D 81 Q.iii.] Q.iiii ZB x.] *om.* (*lac.*) Z, x.ª B 83 aut non] non aut P 83-84 ut - l.ii.] ut a° P 84 quid] quis D l.ii. *om.* B supersedendum] ut ff. ne quid in <loco publico l.ii.> *marg.* P (cf. lin. 83-84) 85 ut **•o•** P, ut in extra. De parte L, ut in ex. **•o fl**(!) D, *om.* ZB, et de rescri. lii. Pastoralis Quesiuisti *marg.* D (cf. X 1.3.14: Pastoralis officii … Praeterea quaesivisti; X 1.3.2: Ex parte)

**q.4.1** 89 de] do P 94 in *om.* P iud.] iudicis delegati ZB 95 autem] an Z

---

q.3 74 C.25 q.2 d.p.c.16 et c.16 77 *Auth.* 9.9.6 (*Nov.* 134.6); *de mandatis principum* est *Auth.* 3.4 (*Nov.* 17) 77 JL 14317; *App.* 7.18; 1 *Comp.* 1.2.2 (X 1.3.2) 81 C.25 q.1 c.6; C.16 q.3 p.c.15 81-82 D.10 c.2 83-84 *Dig.* 43.8.1.2 85 *ut* **•o•** *sc.* JL 14317; *App.* 7.18; 1 *Comp.* 1.2.2 (X 1.3.2)

**q.4.1** 94-95 JL 13162; *App.* 7.14; 1 *Comp.* 1.21.12; (X -)

**Econtra**: Potest cogere, quia dolus nemini debet patrocinari, ut xv. Q.vi. c. i. Item quemcumque detentorem potest conuenire, ut iii. Q.ii. c. ii.

**Solutio**: Dicatur eum auctoritate rescripti posse conueniri, ut in extra. de appell. Ex quorundam.

**q.4.2** Item ex imperitia impetrantis quandoque contingit errare circa personam iudicis, ut si nominasset Petrum episcopum Parisiensem, cum dicatur Mauricius. **Queritur** ergo, utrum episcopus Mauricius teneatur cognoscere.

**Et uidetur**, quia error qui est in nomine, prenomine, cognomine, dum constet de corpore, non solet impedire, ut in Inst. de legatis § Si quid in nomine. At hic constat de corpore, ergo tenetur procedere.

**Econtra**: Soli Petro episcopo Parisiensi commissa est causa, set nullus Petrus est episcopus Parisiensis, ergo frustratoria est commissio. Item si iudex delegatus ante citationem partium moreretur, tunc demum substitutus cognoscere potest, cum non designato nomine persone set loci facta erat commissio, quasi mutatio nominis possit rescriptum impedire, arg. in extra. de potestate iud. Iam pridem.

**Solutio**: Quibusdam placet talem errorem preiudicare; aliis uidetur in contrarium, qui dicunt illam rationem quam ponit decretalis solam non sufficere, set cum illa que ibi premittitur, ubi dicitur quia nondum parte citata mortuus et alter subrogatus, quasi si parte citata preiudicaret.

**q.4.3** Item circa officium quandoque erratur, puta nominat Henricum cantorem, cum ipse sit decanus. **Queritur**, an talis error impediat.

---

q.4.1 96 Econtra] uidetur quod *add.* D 97 Q.ii.] Q.iii. L 99 in] infra Z (cf. lin. 150) 100 appell.] apostatis L Ex] *lac. praem.* Z, *om.* B

**q.4.2** 104 Mauricius L, mar̄ PD, M. ZB 105 error] est *add.* P 106 Si quid P *et Inst.* 2.20.29, Si qui L, Si quis ZBD 107 At hic] ad hoc P 109 Parisiensis] Pararienisen(!) P 113 iud. PL, iudici. dele. Z, iud' dele. nūabis B, *om. et* de of. des. Quoniam abbas *marg. add.* D (cf. 1 *Comp.* 1.21.19 (X 1.29.14)) 113 pridem] pudemur D 115 decretalis] et *add.* P, etiam *add.* L 116 dicitur] uel antequam apparuissent in iudicio partes (cf. *App.* 46.4, lin. 12s.) *add.* D

**q.4.3** 118-119 Henricum *emend.*, h'ıııc̄ P, h'nıtīı L, h'ıncū D, h. ZB

---

q.4.1 96-97 C.15 q.6 c.1 97-98 C.3 q.2 c.2 99-100 JL 14087; *App.* 49.5; 1 *Comp.* 1.33(32).1 (X 1.42.1)

**q.4.2** 106-107 *Inst.* 2.20.29 113 JL 14175; *App.* 46.4; 1 *Comp.* 1.21.19 (X 1.29.14) 115 *decretalis* sc. JL 14175; *App.* 46.4; 1 *Comp.* 1.21.19 (X 1.29.14) 116 *ubi dicitur* cf. *App.* 46.4, lin. 12s.; cf. AC

**Et uidetur**, quia nullus in ecclesia simul cantor est et decanus, set ei qui est cantor soli commissa est, ergo ille qui est decanus cognoscere non potest.

**Econtra**: Mutatio officii non solet impedire, ut xv. Q.v. De crimine, ubi de uno solo loquitur, et primo uocat diaconum, postea sacerdotem.

**Solutio**: Dici potest hic Henricum decanum debere cognoscere ad instar eius quod dicitur ff. de legatis. Nam si dixerit testator: 'Do lego Titium pistorem', cum ipse sit fullo, Titius debetur. Set quid, si dixerit Henricum cantorem, cum nullus sit Henricus in ecclesia? Resp.: Cantor quisquis sit cognoscere tenetur, nec impedit talis error, nam ubi erratur circa nomen et exprimitur officium, is qui in officio expresso est cognoscet, et uice uersa. Si exprimatur nomen et erretur circa officium, is cognoscet qui expresso nomine nominaretur. Sed quid, si diceret Henricum militem, cum esset decanus? Resp.: Hic eiusdem errorem impedire, quoniam erratur circa officia diuersarum professionum, que non tantum diuerse sunt, set etiam contrarie. Set quid, si non expresso nomine persone contineatur decano Parisiensi et cantori Meldensi, cum idem sit decanus Parisiensis et cantor Meldensis? Numquid cognoscere poterit? Resp.: Ex forma rescripti perpendi potest, puta si pluraliter loquatur, quo casu non potest, quia presumitur quod duobus scripserit, si singulariter, potest. Set quid, si cancellarium simul adiungat, cum hic per numerum non possit discerni nec etiam in fine posita sit illa clausula: 'Quod si <non> omnes interesse' etc.?

**q.4.4** Item circa rem contingit errari, puta dixit ecclesiam, debuit dixisse uineam. **Queritur** ergo, utrum talis error impediat.

**Et uidetur**, quia super ecclesia tantum facta est commissio, ergo super ecclesia tantum potest iudex cognoscere et non super uinea. Item falsis precibus impetrauit hoc rescriptum, quia numquam spoliatus fuit ecclesia, ergo rescriptum non obtinet, ut supra.

---

q.4.3 125 Henricum L, h'ııc̄ P, h'ıncū D, h. Z[ac]B 126 de legatis Z, de legat̄ L, de lega. B, de legato D, delegatos P 126 do lego *emend. cum* Inst. 2.20.30, delego PZBD, lego L 128 Henricum L, h'ııc̄ P, h'ıncū D, h. ZB Henricus L, h'ııc̄ P, h'ıncus D, h. ZB 128 ecclesia] est *add.* P Resp. *om.* BZ 133 Henricum L, h'ııc̄ P, h'ıncū D, h. ZB 140 si singulariter *marg.* P 142 non *addid.*, *om.* (*ras.*) P, *om.* LZBD

---

**q.4.3** 123 C.15 q.5 c.1 126-127 *Do - pastorem* cf. *Inst.* 2.20.30 142 *Quod - interesse* cf. P. Herde, *Audientia*, tom. I, p. 199s., tom. II, p. 48s. (N 32s.)

**q.4.4** 148 *ut supra* cf. Hon. *S. Quaest.* D.1 t.1 q.2

**Econtra**: Inter litigantes aliud hodie non queritur nisi ut competenter intelligi possit quod alteri obicitur ab altero, ut in extra. de appell. Dilecti. Set hic ex circumstantiis perpendi potest mens impetrantis. Ergo sufficit, quia non tantum ad uerba simpliciter est respiciendum, set ad singulas circumstantias, ut xxiii. Q.viii. Occidit.

**Solutio**: Hic credo errorem impedire, nam in nomine appellato error etiam impedit in legatis. Set quid, si circa nomen rei proprium, puta dixit ecclesiam sancti Germani et debuit dixisse sancti Petri, uel dixit ecclesiam que sita est in fundo Semproniano, et sita est in Tulliano? Resp.: Hic credo errorem non impedire, cum per circumstantias hoc possit colligi quod in mente habuit.

**q.4.5** Item erratur, ut dictum est, circa causam, ut uerbi gratia 'restituatis ei ecclesiam, quia iuste possedit', et uerum est eum numquam iuste possedisse. Hic **queritur**, utrum talis error impediat.

**Et uidetur**, quia redditur ratio quare debeat fieri restitutio, quia iuste possedit. Ergo si non subest illa causa, non debet restitui.

**Econtra**: Falsa causa adiecta non uitiat legatum, sic ergo nec rescriptum.

**Solutio**: Placet quibusdam talem errorem impedire. Aliis uidetur, et hoc uerius, quia si illud 'quia' sit causale, non impedit, si condicionale, impedit.

**q.5** Item de quinto capitulo **queritur**, scilicet si posterius fuit impetratum non habita mentione prioris, utrum secundum illud sit procedendum.

Et **non uidetur**. In hoc enim rescripto non fit mentio prioris, unde secundum primo impetratum fiet progressus, ut in extra. de pot. iud. deleg. Ceterum.

---

q.4.4 149 Econtra] ecclesiam Z 153 Occidit] legati *add.* P (*forsan pro* Legi syromasten; cf. C.23 q.8 c.13) 154 Solutio *om.* L 155 in] ibi P 158 Resp.] Rescriptum B 158 non *om.* PB

**q.4.5** 161-162 et uerum - possedisse *marg.* P 163 quare] quia P 165 Econtra] ecclesia ZB

**q.5** 171-173 secundum - prioris *marg.* P 174 fiet] -et *dupl.* P 174-175 ut - deleg.] ut ııır̄ de rescriptione Z 174-175 de pot. iud. deleg. PL, de p[t]ate iud' deleḡ B, de p[t] iud' del' D[ac], de de(!) Rescriptis D[pc]

---

q.4.4 150-151 JL 13934; *App.* 10.1; 1 *Comp.* 2.20.1 (X 2.28.1) 154 C.23 q.8 c.14

**q.4.5** 168 *illud 'quia'* cf. 'quia iuste possedit' (lin. 161)

**q.5** 174-175 JL 14156; *App.* 7.9; 1 *Comp.* 1.2.3 (X 1.3.3)

**Econtra** uidetur posse reperiri casus, ubi etiam secundum posterius procedatur, puta si is qui primum impetrauit distulit illud publicare usque ad exhibitionem posterius impetrati, nam presumitur quod dolose id occultauerit; sic ergo dolus suus sibi debet preiudicare, presertim cum ille primo posterius publicauerit, nam tunc dicitur committi, cum publicatur, arg. xcvii. Nobilissimus, di. lxxxii. Proposuisti.

**Solutio**: In hoc casu uidetur posse dici, quia si ex iusta causa distulit publicare secundum primum est procedendum, alioquin secundum posterius.

**q.6** Item de sexto capitulo, scilicet si non fuerit bullatum, quia amisit bullam que tamen ante fuit partibus exhibita, **queritur** an cogantur respondere.

**Et uidetur**, quia semel fuit publicatum et hoc sufficit a simili eius quod dicitur de testamento quod si semel fuit publicatum, licet amisssum fuit, instrumentum nichilominus ualet, ut C. de testamentis Publicati.

**Econtra** uidetur, quia non tenentur respondere auctoritate exemplaris, set originalis, ut xxv. Q.ii. Sancimus, di. xcvii. Nobilissimus.

**Solutio**: Si fuit rescriptum cum bulla semel partibus exhibitum, cogantur respondere, alioquin secus.

**q.7** Item **queritur**, qualiter hoc sit intelligendum quod dicitur xxv. Q.ii. Etsi non cognitio, ubi dicitur quod executor de negotio potest cognoscere, si fraus dicatur interuenisse, cum contrarium sit ii. Q.vi. § Est autem, ibi: Ab executore etc., ubi dicitur quod executor modum executionis uel iurisdictionis excedere non potest.

**Resp.:** Placet quibusdam illud de ordinario intelligendum, eius uero contrarium de simplici delegato. Vel utrumque de simplici delegato potest intelligi, qui non potest modum iurisdictionis excedere, nisi in casu quem lex exprimit.

---

q.5 178 impetrati] ut de Rescriptis li. Si aliquis (*App.* 41.9) *marg. add.* D 179 id ZB, eas PLD 181 xcvii.] -c- *supra lin.* P, d. xxx.vii. B 182 si ZB, *del.* P, *om.* LD

**q.6** 186 cogantur D, cogan(!) P, cogatur LZB 190 Publicati PL, Publicatum Z, Publicatis B, Publica D 192 xxv.] xxi. D xcvii.] -c- *supra lin.* P, xxvii. Z, xxxvii. B 193-194 cogantur *emend.*, cogatur $P^{pc}$, cogt $P^{ac}$, cogetur LZ, coguntur B, cogentur D

**q.7** 201 utrumque] utrum P 202 iurisdictionis LBD, iudicationis P, executionis uel iurisdictionis Z 203-204 exprimit - pontifex *marg.* P 203 exprimit] exprimeret P

---

q.5 181 D.97 c.3; D.82 c.2

**q.6** 190 *Cod.* 6.23.2 192 C.25 q.2 p.c.16 §6; D.97 c.3

**q.7** 195-196 C.25 q.2 p.c.16 §4 197-198 C.2 q.6 p.c.41 §1 198 *Ab executore* in C.2 q.6 p.c.41 §16

Set siue de hiis siue de illis intelligatur, **queritur**, si summus pontifex executionem alicuius sententie alicui demandauerit, et obiciatur fraudem interuenisse, an ea comperta sententiam summi pontificis possit retractare.

**Et non uidetur,** quia eius sententia generalis est et necessaria, ut C. de legibus Si imperialis. Item sacrilegii instar est etc., ut xvii. Q.iiii. Nemini.

**Econtra** uidetur, arg. ii. Q.v. Mennam, ubi absolutus fuit a papa, iterato permittitur accusari. Simile v. Q.vi. Epiphanium.

**q.8** Item, si delegatus ordinario mandauerit executionem, potest ordinarius ex cause cognitione differre, ut in extra. de potestate iud. Significasti, et quasi manifeste per hoc innuat quod totum negotium possit cum cause cognitione retractare. A simili idem dicetur de sententia pape?

**Solutio**: Placet quibusdam eos etiam sententiam pape retractare posse, nam hec in sententia subintelligebantur, arg. **:** ; et contraria locum habent, quando papa dedit sententiam iustam ex causa et ordine. Aliis uidetur non posse retractare, set tantum usque ad sententiam cognoscere, et pape omnia notificare, arg. **:-** .

**q.9** Item **queritur**, si in rescripto multa contineantur capitula et in ultimo tantum inhibita sit appellatio, uel super ultimo tantum expressa cognitio, an super primis possit appellari uel cognosci.

---

q.7 204 siue[2]] siue *add.* P[pc] intelligatur BD, incll'atur Z, legatur PL 208 quia ZBD, quod L, *om.* P 208-209 ut C. - imperialis] codice de legibus et constitutionibus de legibus Si imperialis (impertali. Z) ZB 209 legibus] legit. P 211 Q.v.] Q.iiii. L 212 accusari] Solutio *add.* ZB, *illeg.* L Simile - Epiphanium] eti̅ epitaīus Z 212 Epiphanium LB, Epifanium D, Ephiphanium P

**q.8** 214 cognitione] 9gnoīe P iud.] ıııd'lıcet Z, *illeg.* L 219 arg. : P, arg. LZB, *om.* D 220 ordine] ut xxv. Q. x. B (*recte* C.25 q.2) 222 arg. :- PD, arg. B, ut in extra. Notificasti infr L, *om.* Z, Aliter soluit Innocentius III. de of. del'. Pastoralis § Quia uero (X 1.29.28.3), quod ordinarius tenetur execqui(!) etiam quod nouerit esse iniustum *marg. add.* D (*gl.*)

---

q.7 208-209 *Cod.* 1.14.12 209-210 C.17 q.4 c.30 211 C.2 q.5 c.7 212 C.5 q.6 c.4

**q.8** 214-215 JL 14027; *App.* 7.11; 1 *Comp.* 1.21.9 (X 1.29.7) 219 arg. : sc. JL 14027; *App.* 7.11; 1 *Comp.* 1.21.9 (X 1.29.7) 222 arg. :- sc. JL 14027; *App.* 7.12; 1 *Comp.* 1.21.10 (X 1.29.8)

# D.1 t.2 de restitutione

**pr.** Premisimus de rescriptis. Si ergo in hoc rescripto nullum predictorum impedimentorum inuenitur, eius auctoritate restitutio efficaciter potest peti. Set quoniam multa sunt que restitutionem solent impedire, uideamus que illa sint, ut sic perpendatur, an iste restitui debeat necne.

**q.1** Sciendum igitur est quoniam quandoque spoliat aduersarius, quandoque iudex. Item iudex quandoque proprius, quandoque non suus.

**1.** Cum ergo aduersarius spoliat, probata spoliatione iniusta restituitur, preterquam si obiciatur

**1.1** exceptio rei iudicate, quod scilicet post spoliationem spoliato abiudicata fuerit possessio.

**1.2** Item exceptio iurisiurandi, quod scilicet eandem possessionem abiurauerit quam modo petit, ut in extra. de spoliatis Accepta.

**1.3** Item exceptio fornicationis, que obicitur mulieri a uiro deiecte, ut xxvii. Q.ii. Agathosa.

**1.4** Item exceptio iuste absentie, qua utitur procurator spoliatoris ex iusta causa absentis contra spoliatum, ut in extra. de potestate iudicum Consultationibus.

**1.5** Item secundum quosdam exceptio transactionis, quod tamen non est iuris explorati, nisi sit iuramento confirmata; set tunc idem esset is casus cum illo de iuramento supra.

**1.6** Item secundum quosdam exceptio excommunicationis date sententie, de quo potest dubitari.

---

**tit.** 3 *linearum spatium praem.* P fol. $50^{vb}$, De spoliatis *marg.* P fol. $50^{vb}$; De restitutione spol' *supra col.* D fol. $2^{r}$ *et* De impedimentis restitutionis *in lin.* (*rubr.*) D fol. $2^{ra}$

---

**pr.** 1-331 Cf. Hon. *S. Decr.* ad C.3 q.1 pr. 1-2 predictorum LZB, dictorum PD

**q.1** 13 deiecte ZB, d'ı P, *om.* LD 14 Agathosa PLD, Agatosa B, Agatho Z 15 Item *om.* B, et D 18 Item *om.* B 20 iuramento] sacramento B 20 supra] ut *praem.* L 21 excommunicationis] scandit ııno in renum(?) *marg. add.* B

---

**q.1** 12 JL 13984; *App.* 22.2; 1 *Comp.* 2.9.2 (X 2.13.3) 14 C.27 q.2 c.21 16-17 JL 12636; *App.* 7.17; 1 *Comp.* 1.21.15 (X 1.29.10) 20 *cum illo - supra* cf. lin. 11-12

**2.1** Cum autem iudex non suus spoliat, solet obici exceptio scandali, qua obiecta et probata solet impediri restitutio, ut ii. Q.i. Imprimis, iii. Q.vi. Hec quippe.

**2.2** Cum suus iudex aliquem spoliat, et citra iuris ordinem restituitur, nisi octo obiciantur:

**2.2.1** exceptio proprie infamie, ut ii. Q.v. Presbiter;

**2.2.2** item intrusio, ut iii. Q.i. § Patet;

**2.2.3** item dilapidatio, ut iii. Q.ii. Quia;

**2.2.4** item excommunicatio, ut xi. Q.iii. Si forte episcopus;

**2.2.5** item criminis enormitas, ut ii. Q.v. Super;

**2.2.6** item contumacia, ut iii. Q.ix. Decreuimus, xxiiii. Q.iii. De illicita;

**2.2.7** timor scandali, ut supra;

**2.2.8** facti euidentia, ut ii. Q.i. Manifesta.

**ad 1.** Contra exceptiones que locum habent aduersario spoliante sic obicitur ad probandum eas non impedire restitutionem:

**ad 1.1** De prima quidem non est dubium, quin re uera impediat, dum fiat post spoliationem, quia res iudicata pro ueritate habetur, quia si fiat ante spoliationem non preiudicat restitutioni, nam spolians eo casu incideret in constitutionem C. unde ui l. Si quis in tantam, utpote sibi in re propria non uacante ius sibi dicens.

**ad 1.2** Contra secundam obicitur, quod non impediat restitutionem, et primo quia nullum crimen intendenti possessorium obici potest, ut in extra. de spoliatis Item cum quis, sic ergo nec periurium. Item aut ante spoliationem abiurauit aut post. Si ante, ergo, si postquam abiurauit aduersarius spoliauerit, a causa sua cecidit; sic ergo possessione restituta nec etiam ad proprietatem admittitur, ut xvi. Q.vi. Placuit, C. unde ui l. Si quis in tantam. Si post spoliationem abiurauit, ergo tale iuramentum

---

q.1 23 exceptio] *ras. praem.* P 25 vi.] ii. Z 26 spoliat] § a suo iudice spoliatus *marg. add.* D 28 v.] iiii. LD 29,30,31,32,33 item *om.* B 30 Quia] Queritur P$^{pc}$, Quia eorum L 36 i.] iv. J Z 38 probandum] produm P 44 Contra] Econtra L, Contra in B 44 impediat ZB, impediet PL, impediret D 46 spoliatis D, spoliāt L, spoliatum P, spō Z, spo. B 46 Item - periurium *om.* L quis] quid P$^{pc}$ 46 aut LBD, autem Z, *om.* P 50 Si quis] Si quem *marg. add.* D 50 quis] quid P$^{pc}$

---

q.1 24 C.2 q.1 c.7 24-25 C.3 q.6 c.10 28 C.2 q.5 c.13 29 C.3 q.1 p.c.6 30 C.3 q.2 c.9 31 C.11 q.3 c.4 32 C.2 q.5 c.11 33 C.3 q.9 c.10 33-34 C.24 q.3 c.6 35 *ut supra* cf. lin. 23-25 36 C.2 q.1 c.15 42 *Cod.* 8.4.7 46 JL 14219; *App.* 22.6 ('Item cum aliquis'); 1 *Comp.* 2.9.6 (X 2.13.6) 49 C.16 q.6 c.1 49-50 *Cod.* 8.4.7

non impedit restitutionem, cum quis spoliatus renuntiat, compulsus intelligitur renuntiare, ut in extra. de spoliatis Sollicite, sic ergo nec in hoc casu impeditur restitutio.

**Econtra** uidetur, quod talis exceptio impediat restitutionem, quia ubi etiam grauissimo metu coactus abiurauit, repetere non potest, ut in extra. de iuramentis Si uero aliquis, nec distinguitur siue spoliatio precedat abiurationem siue subsequatur. Item si precessit spoliatio abiurationem, nullo modo restituitur, ut in extra. de spoliatis Accepta. Idem est si subsequatur, quia spolians post iuramentum iure suo utitur, arg. xxxvi. Q.ii. Si quis uirginem, ii. Q.vii. Lator.

**Solutio:** Placet quibusdam abiurationem si precessit spoliationem impedire restitutionem, etiamsi grauissimus metus allegetur, quo casu loquitur illa decretalis 'Si uero aliquis'. Secus si secuta est, set hoc ita, si grauissimus metus allegetur, ut decretalis 'Accepta', quo casu etiam loquitur illa decretalis 'Sollicite', et merito, cum in primo casu liberam suarum rerum habens potestatem sibi renuntiando potuit preiudicare. In secundo casu nudatus suis inuite intelligatur renuntiasse. Aliis uidetur, et hoc uerius, utrobique interueniente abiuratione impediri restitutionem nisi grauissimus metus allegetur, qui allegatus excusat. Illa uero decretalis 'Si uero aliquis' eo casu loquitur, ubi abiurans numquam possedit, unde nec corporaliter fuit spoliatus, licet sibi ius competeret, ubi metus allegatus non excusaret.

**ad 1.3** Contra tertiam sic obicitur, quod non impediat restitutionem, quia si post eiectionem fuerit commissa obici non potest, quia per eiectionem dedisset ei fornicandi occasionem, ergo de eodem delicto excipiens non audiretur, arg. ii. Q.vii. c. i., xxvii. Q.ii. Si tu. Idem est,

---

q.1 51-54 cum quis - restitutionem *om.* D 51 compulsus] ϙpl's P 52 spoliatis] spō PZ, spo. B, spon. L 55 abiurauit LD, abiurat PB, obiurat Z 56 iuramentis D, iuram̄ P, iuram̄t̄ B, iuramento LZ 56 Si uero aliquis] Si uero has Z, Si quis quamquam Si uero abiurauit B 57-58 siue - abiurationem *marg.* P 58 spoliatis P, spoliāt D, spo. LB, spō Z 62-64 quo casu - 'Accepta' *om.* Z 64 decretalis Accepta] extra. de spo. Cum accepta L (*forsan falso pro App.* 22.2 *inc.* Accepta) 75 delicto L, debito PZBD 76 Si tu] S. ɪɪɪɪ. D

---

q.1 52 JL 14139; *App.* 22.1; 1 *Comp.* 2.9.1 (X 2.13.2) 56 JL 12293; *App.* 17.1; 1 *Comp.* 2.17.4 (X 2.24.8) 58 JL 13984; *App.* 22.2; 1 *Comp.* 2.9.2 (X 2.13.3 'De restitutione spoliatorum') 60 C.36 q.2 c.5; C.2 q.7 c.44 63 JL 12293; *App.* 17.1; 1 *Comp.* 2.17.4 (X 2.24.8) 64 JL 13984; *App.* 22.2; 1 *Comp.* 2.9.2 (X 2.13.3) 65 JL 14139; *App.* 22.1; 1 *Comp.* 2.9.1 (X 2.13.2) 70 JL 12293; *App.* 17.1; 1 *Comp.* 2.17.4 (X 2.24.8) 76 C.2 q.7 c.1; C.27 q.2 c.24

siue ante siue post dicatur commisisse, quia qui nulla causa probata uxorem dimittit restituitur uir uxori repetenti, ut xxxiii. Q.ii. Seculares.

**Solutio:** Michi placet utrobique commissam obiectam impedire restitutionem, ut in extra. de sponsalibus Significasti, xxvii. Q.ii. Agathosa, quantum ad thorum et forte quoad cohabitationem, non autem quantum ad exhibitionem, nam tenetur eam exhibere quousque constet de exceptione. Illud capitulum 'Seculares' intelligitur de alio crimine a fornicatione, unde dicitur 'nulla graui culpa' etc., quasi dicat ea interueniente 'qui abiecerit' non tenetur illius capituli sententia. Nec illud capitulum 'Si tu' obest, quia quod ibi dicitur 'tue imputabitur' etc. uerum est quantum ad reatum mortalis, non quoad hoc ut habeat necesse eam recipere. Set obicitur: Nonne de iure accusat uxorem super fornicatione? Tenetur eam cognoscere, arg. xxxv. Q.vi. Multorum, xvi. Q.iiii. Volumus. Resp.: Sic forte, dum salua sit ei accusationis executio, ut C. de falsis l. Satis aperte. Hoc locum habet in principaliter accusante, non autem in spoliatore excipiente.

**ad 1.4** Exceptio iuste absentie proprie dicitur preiudicialis, quia, cum cetere sint perpetue, ista est temporalis.

**ad 1.6** De excommunicatione date sententie **solet queri**, an impediat restitutionem obiecta.

Et **uidetur**, quia talis non habet personam standi in iudicio, ut iiii. Q.i. c. i. Ergo primum est ut constet eum esse talem qui habeat personam standi in iudicio, ergo primo debet uentilari, ergo est preiudicialis.

**Econtra:** Excipit de crimine tali, quod numquam est exceptum, ergo non impedit restitutionem, ut in extra. de spoliatis Item cum quis. Item

---

q.1 80 Solutio *om.* L 81 in extra. - Significasti *marg.* P de sponsalibus D, de spo. PLB, de spō Z 81 Significasti] Significaste L, Sig̅nati D xxvii.] xxiiii. L, et *praem.* ZB 81 Agathosa] Agatosa B 87 tu] ııı P[ac] 89 Set obicitur] *om.* D, *illeg.* L 90 xxxv. Q.vi. D *et Friedb.*, xxxvi. PZB, *illeg.* L 94 proprie] non *praem.* P 98-100 ut - iudicio *marg.* P 98 Q.i.] Q.v. L 99 c. i.] ei B 102 de spoliatis] de spoliāt D, de spo. L, de spō Z, de sp̄ B, de spoliatum P 102 Item cum quis PL, Item cum quem D, Super illa Item cum quis Z, Super alia Item cum aliquis B (Super illa *est App.* 22.5)

---

q.1 78-79 C.33 q.2 c.1 81 JL 14107; *App.* 6.14; 1 *Comp.* 4.20.4 (X 4.19.4); C.27 q.2 c.21 84 C.33 q.2 c.1 85 *nulla - culpa* in C.33 q.2 c.1 86 *qui abiecerit* in C.33 q.2 c.1 87 *tue imputabitur* in C.27 q.2 c.24 90 C.35 q.6 c.10 90-91 C.16 q.4 c.2 92 *Cod.* 9.22.2 ('Ad legem Corneliam de falsis' ed. Krüger) 98-99 C.4 q.1 c.1 102 JL 14219; *App.* 22.6 ('Item cum aliquis'); 1 *Comp.* 2.9.6 (X 2.13.6)

tale crimen in modum exceptionis probatum non infamat nisi quoad illud forum, ut in extra. de testibus Porro. Set tale est istud quod, si in uno forte infamat, et in omni, ut xxiiii. Q.i. Loquitur. Set non potest infamare nisi in uno, si infamare potest, ergo in nullo potest, igitur inutiliter obiceretur.

**Solutio:** Quibusdam placet eam debere impedire passim, quibus ultima ratio obloquitur. Aliis uidetur, et hoc uerius, quia si obiciatur fuisse denuntiatam preiudicabit restitutioni. Idem intelligo de sententia excommunicationis generali.

**ad 2.1** De exceptione que locum habet iudice non suo spoliante **non uidetur** impedire restitutionem, quia is est iuris ordo, ut que a non suo iudice aguntur pro infectis habeantur, ut xi. Q.i. In clericorum, ix. Q.ii. c. i., ii., iii. Set iuris ordo propter scandalum non debet omitti, quod ut ait Gregorius: 'Vtilius scandalum oriri permittitur, quam ut ueritas relinquatur'. Igitur propter scandalum hec restitutio impediri non debet, arg. di. lix. Hoc ad nos, di. lxi. Miramur.

**Econtra** uidetur, quia ob scandalum uitandum cessat publica correctio, ut xxiii. Q.iiii. Cum quisquis, Non potest, di. l. Vt constitueretur, ergo longe magis cessare debet restitutio; expressum ii. Q.i. Imprimis, iii. Q.vi. Hec quippe.

**Solutio:** Placet quibusdam hanc exceptionem non impedire restitutionem, cum hoc ex illis capitulis haberi non possit, nam quicquid ibi continetur ius commune est, cum ibi precipiat papa inquiri utrum iusti fuerint iudices exspoliatores et secundum hoc restitutio fieret uel non fieret. Michi placet quod impediat restitutionem, licet ex ipsis capitulis hoc expressius haberi non possit.

**ad 2.2.1** Contra exceptiones que impedire dicuntur restitutionem suo iudice spoliante obicitur, et primo contra primam, scilicet exceptio

---

q.1 104 in extra. de testibus] in extra. de test. PZ, in illud de rest̄(!) L, in extra. de rest̄(!) D, in extra. de rerum B 115 ii., iii. *om.* ZB 116 Gregorius] Augustinus L 117 hec] hoc P 118 lix.] lxi. Z, lxii. B nos] aliud (a[d]) D, *om.* P lxi.] lx. L 120 quisquis] quisque P 122 Hec quippe P[pc]ZB, Hec questione P[ac], Hoc quippe LD 129 Contra] Econtra B, De iudice suo spo. *marg. add.* D

---

q.1 104 JL 14156; *App.* 8.6; 1 *Comp.* 2.13.13 (X -) 105 C.24 q.1 c.18 114 C.11 q.1 c.49 114-115 C.9 q.2 c.1,3,6 (c.2,4,5 sunt paleae) 116-117 *Vtilius - relinquatur* cf. Gregorius Magnus, *Homiliae in Hiezechihelem* 1.7.5 118 D.59 c.3; D.61 c.5 120 C.23 q.4 cc.19,32; D.50 c.25 121 C.2 q.1 c.7 121-122 C.3 q.6 c.10

nem infamie, que non uidetur esse preiudicialis; alioquin nullus criminosus uel infamis restitueretur et sic quodlibet crimen impediret restitutionem.

**Solutio:** Dici potest in casu dumtaxat impedire restitutionem quo loquitur illud capitulum 'Presbiter', si quando aliquis infamatus est super crimine quod non potest probari, quo casu propter scandalum, si spolietur ab episcopo citra iuris ordinem, non restituitur quousque se purgauerit. Ergo ubi aliquis spoliatur officio uel etiam re pro infamatione, non restituitur ad illud nisi premissa purgatione; alias autem spoliatus restitueretur non obstante tali infamatione.

**ad 2.2.2** Contra exceptionem intrusionis que ut dictum est restitutionem impedit, ut iii. Q.i. § Patet, in extra. super auctoritate c. Ex frequentibus, Ex querimoniis, sic obicitur: Vbicumque intenditur possessorium, prius cognoscendum est de uiolenta eiectione quam de canonica institutione, ut in extra. de spoliatis Super illa. Item si intrusio impediret restitutionem, nullus predo restitueretur; set predo restituitur, ut Inst., iii. Q.i. § Patet, in extra. de spoliatis Super illa, sic ergo et intrusus.

**Solutio:** Placet quibusdam hanc exceptionem non impedire restitutionem nisi intruso in sedem Romanam, et huic consentit Gratianus iii. Q.i. § Patet. Aliis uidetur in quolibet intruso locum habere nec obstat quod dicitur de predone, nam cum dignior sit possessio immobilis quam mobilis et facilius retineatur difficiliusque amittatur, non est mirum si magis odiosa sit intrusio quam depredatio. Non est ergo mirum si

---

q.1 134 Solutio - restitutionem *marg.* P 135 Presbiter] Preibiter B 136 propter *om.* P 137 ordinem] ordiem P 138 ubi] nisi P 139 illud nisi] id ubi P 142 Patet] Parq:(!) L in] ha *add.* P[ac], non Z, et in B super] s *et lac.* Z, s̄ B 142 auctoritate] quit(!) Z 142-143 Ex frequentibus] Ex sequentibus L, exequūetibus Z 143 querimoniis ZB, q̄rimo. LD, q̄rino. P 145 spoliatis] spoliatum P 147 Inst.] *lac. add.* PD, et *add.* ZB, in *praem.* B in] et Z, et in B spoliatis] spolium P 147 illa] in illa Z

---

q.1 135 C.2 q.5 c.13 141-157 Cf. Hon. *S. Decr.* ad c.3 q.1 p.c.6 (lin. 9.15) 142 C.3 q.1 p.c.6 142-143 JL 13817; *App.* 28.11; 1 *Comp.* 3.7.1 (X 3.7.3) 143 JL 13814; *App.* 28.14 ('Ex crebris querimoniis'); 1 *Comp.* 2.20.33 (X -) 145 JL 14219; *App.* 22.5; 1 *Comp.* 2.9.5 (X 2.13.5) 147 *Inst.* non invenimus, cf. *Cod.* 8.4.7 et *Cod.* 9.33.1 147 C.3 q.1 p.c.6 JL 14219; *App.* 22.5; 1 *Comp.* 2.9.5 (X 2.13.5) 150-151 C.3 q.1 p.c.6

altera impediat restitutionem, altera nequaquam. Nec obstat quod dicitur de canonica institutione, quia illud generale, istud est speciale in intrusione.

**ad 2.2.3** Contra exceptionem dilapidationis que uidetur restitutionem impedire, ut iii. Q.ii. Quia, sic opponitur: Nec enim aliquis ob suspicionem est spoliandus, ut ii. Q.i. Primo. Item in re dubia non est certa ferenda sententia, ut di. xxxiii. Habuisse, xi. Q.iii. Quamuis, Eorum. Item illud capitulum quo uidetur hec exceptio preiudicialis, iii. Q.ii. Quia, loquitur eo casu quando constabat de dilapidatione, unde dicitur ibi 'nisi facultas ecclesie' etc. usque 'dispersit'. Item expressum in extra. de spoliatis Fratres, ut is qui citra iuris ordinem spoliatus fuit pro dilapidatione ante omnia iubetur restitui.

**Solutio:** Placet hanc omnino preiudicialem esse quod ex illo capitulo manifeste perpenditur 'Quia', et est expositio illius decretalis 'Fratres', nam ea est mens decretalis illius, ut, si constet eum iniuste fuisse spoliatum, idest non fuisse dilapidatorem, restituatur non statim, set tunc, cum constiterit eum non fuisse dilapidatorem. Nec obstat quod dicitur de suspicione, nam illud generale, hoc speciale.

**ad 2.2.4** Contra exceptionem excommunicationis, que confirmatur xi. Q.iii. Si episcopus forte, iiii. Q.i. c. i., ii., sic obicitur, quia si excommunicatus petit absolui et ita communioni restitui, statim absoluitur prestita cautione de parendo iudicio, ut in extra. de appellationibus Preterea, in extra. de excommunicatis Qua fronte.

**Solutio:** Aut petit cui obicitur excommunicatio restitui rei uel communioni uel officio. Si communioni, non impedit restitutionem, quia statim

---

q.1 156 speciale] spirituale P 159 ut - Quia *om.* L ut *om.* P 162 illud] id P, hoc L 165 extra.] de probationibus *add.* ZB spoliatis] spoliatum P 165 fuit] sum P 168 Quia et] Qui D est] autem *add.* P 174 Si episcopus forte] Si forte episcopus ZB 174 Q.i. - ii.] Q.ii. c.i. Z, Q.i. c.i. B 174-175 excommunicatus] ꝯcommunicatus P 175 ita] *lac. add.* P 176 appellationibus ZB, appll' PLD 177 excommunicatis *scrips. cum App.*, excommunicat̄ L, excōi P, excommunicatione ZB, excon. D 177 Qua] Quo B 178-179,179 communioni] communicationi P

---

q.1 158-172 Cf. Hon. *S. Decr.* ad C.3 q.2 c.9 (lin. 6) 159 C.3 q.2 c.9 160 C.2 q.1 c.13 161 D.33 c.7 161-162 C.11 q.3 cc.75,76 162-163 C.3 q.2 c.9 164 *nisi - dispersit* in C.3 q.2 c.9 165 JL 14050; *App.* 22.3; 1 *Comp.* 2.9.3 (X -) 168 C.3 q.2 c.9 JL 14050; *App.* 22.3; 1 *Comp.* 2.9.3 (X -) 174 C.11 q.3 c.4; C.4 q.1 cc.1,2 176-177 JL 14314; *App.* 10.29; 1 *Comp.* 2.20.30 (X 2.28.20) 177 JL 14312; *App.* 31.2; 1 *Comp.* 2.20.41 (X 2.28.25), tit. 'De appellationibus'

absoluitur prestita cautione premissa, unde derogatur capitulo Si episcopus. Si uero officio uel rei, siue is cui opponitur inficietur siue confiteatur, impeditur restitutio, quia ubi confitetur non habet personam standi in iudicio. Si inficiatur, prius constabit de excommunicatione, ut sic procedat uel non procedat restitutio, quod de speciali sententia excommunicationis intelligitur; de generali secus forte ut supra.

**ad 2.2.5** Item contra enormitatem criminis, que impedire uidetur restitutionem, ut ii. Q.v. Super, sic obicitur: In iure expressum est quod duo dumtaxat crimina impediunt restitutionem, scilicet periurium, fornicatio, que habent questiones preiudiciales implicitas; ergo, cum de alio crimine non sit in iure expressum, uidetur inhibitum, ii. Q.v. Monomachiam, immo expressum in extra. de spoliatis Item cum quis, iii. Q.i. c. ii., iii.

**Solutio:** Placet hanc exceptionem non impedire restitutionem, licet quibusdam male uideatur in contrarium. Nec obloquitur capitulum Super, quia quod ibi dicitur, quod 'si certi accusatores' etc., non intelligitur de accusatoribus principaliter intendentibus, set de excipientibus iustam fuisse spoliationem, nam in primo casu non impediretur restitutio, in secundo de iure communi denegaretur.

**ad 2.2.6 et 2.2.8** De contumacia et facti euidentia satis concedimus esse preiudiciales.

ad **2.2.7** De exceptione scandali ut supra potest obici.

Hoc etiam **in summa** notandum est quod, quando iudex suus spoliat absentem et ex contumacia, non restituitur spoliatus, ut xxiiii. Q.iii. De illicita, nisi quatenus infra annum ex miseratione ei indulgetur, ut xi. Q.iii. Rursus, Quicumque, nam si absentem ex necessitate spoliet, causa probata restituitur, etiam si alium substitutum inuenerit, ut vii. Q.i. Presentium. Ceterum, si presentem spoliaret et post appellationem,

---

q.1 180 capitulo] c. illi L 186 Item *om.* L 187 v.] vi. ZB, iiii. D 191 spoliatis] spoliatum P 192 c. ii., iii.] c. viiii. ZB 197 non *om.* P 199 facti *om.* PZB 203 xxiiii.] xxxiiii. Z iii.] iiii. B

---

q.1 180-181 C.11 q.3 c.4 187 C.2 q.5 c.11 190-191 C.2 q.5 c.22 191 JL 14219; *App.* 22.6 ('Item cum aliquis'); 1 *Comp.* 2.9.6 (X 2.13.6) 192 C.3 q.1 cc.2,3 195 C.2 q.5 c.11 *si - accusatores* in C.2 q.5 c.11 203-204 C.24 q.3 c.6 204-205 C.11 q.3 cc.36,37 206-207 C.7 q.1 c.3

semper restituitur, ut ii. Q.vi. Quotiens, nam si ante appellationem et ordine seruato, non restituitur, nisi falsis instrumentis uel corruptis testibus iudicatum esset. Quo casu in ciuilibus datur restitutio usque ad uiginti annos, C. de falsis l. Querela - set hoc si in iudicio primo non mota fuit questio falsi; alioquin non esset locus ex post facto conquerendi -, in spiritualibus in perpetuum; hoc in casu datur restitutio, ut xxxv. Q.ix. per totum. At non seruato ordine, restituitur preterquam in exceptis casibus. Et notandum non esse absurdum eque in presente sicut in absente contumaciam preiudicialem esse, nam contumax potest esse presens sicut absens.

**q.2.1** Item **queritur** de predone, an debeat restitui.
Et **uidetur**, ut in extra. de spoliatis Super, iii. Q.i. § Patet.
**Econtra:** Dolo petit, quia quod petit est restituturus, ut ff. de regulis iuris l. Dolo, ergo doli exceptione potest repelli. Item cui datur actio, datur exceptio, ut ff. de regulis iuris l. Cui damus. Ergo cui non datur exceptio, non datur actio. Set predoni non competeret exceptio, nec ergo actio. Item in pari causa sunt turpitudinis. Ergo potior est causa possidentis domini.
**Solutio:** Placet predonem debere restitui, si post interualla post depredationem, non continuata ad hec opera fuit a domino spoliatus; secus si incontinenti uel post interuallum opera continuata, quia 'uim ui repellere' etc. Leges contrarie locum habent in petitoriis, non possessoriis.

---

q.1 211 C.] cum D l. D, *om.* PLZB Querela] Q'. P, qui alienam queritur L, Querela sit D 211 set hoc si] si hoc L 214 xxxv.] xxv. B per totum D, Si rel'a PL (*forsan* C.14 q.6 c.1: Si res aliena), Sententia(m B) ZB (cf. C.35 q.9 c.6) 215 notandum LD, notum P, nota ZB

**q.2.1** 218 predone] predicta $P^{ac}$, pred'a $P^{pc}$ 219 spoliatis] spoliatum P Super] Supra D 220 ff.] et *add.* Z, *om.* (*ras.*) B 221 iuris l.] i. l. PD, iu. l. L, lege (i. B) ZB 222 ut] c. P ff.] § B iuris l.] i. (*supra lin.*) l. $P^{pc}$, iu. LB, i. D 222 iuris - Cui] et iuratus contra dominum petentem contra dominum ḡ. (*forsan* gratia) intandere (*forsan pro* intendere) non poterit *et lac.* Z 222 Cui *marg.* P 226 si ZB, set PL, set hoc (*et* si *post* depredationem *add.*) D 228 continuata LD, continua ZB, contumata(!) $P^{pc}$ 228 ui *om.* $P^{pc}$, licet *add.* D

---

q.1 208 C.2 q.6 c.26 211 *Cod.* 9.22.12 ('Ad legem Corneliam de falsis' ed. Krüger) 213-214 Cf. Hon. *S. Decr.* ad C.2 q.2 pr. (lin. 61) 214 C.35 q.9

**q.2.1** 219 JL 14219; *App.* 22.5; 1 *Comp.* 2.9.5 (X 2.13.5); C.3 q.1 p.c.6 220-221 *Dig.* 50.17.173.3 222 *Dig.* 50.17.156.1 228-229 *uim - repellere* in *Dig.* 43.16.1.27

**q.2.2** Item **queritur**, an dominus in hoc casu predone restituto possit restitutionem petere uel saltem petitorio agere.

Et **non uidetur**, nam ius sibi dixit in re propria et ab alio possessa, ergo a causa tota cadere meruit non tantum possessionis, set etiam proprietatis, ut xvi. Q.vi. Placuit, C. unde ui Si quis in tantam.

**Econtra:** Arg. ii. Q.vii. Lator, xxxvi. Q.ii. Si quis uirginem.

**Solutio:** Placet quibusdam ad petitorium dominum posse admitti abrogata l. Si quis in tantam, contra quos obicitur: Posito quod ante non habuit nisi petitorium, modo meretur ratione spoliationis a causa cadere, nec habet causam nisi de proprietate, ergo ab ea meretur cadere. Verius ergo uidetur utroque subsidio debere priuari et, si dolus cessauit, non amplius puniri, quia, si dolus affuit et uis erat inermis, tenetur 'Vnde ui', si armata, 'Vi bonorum raptorum'. Filio autem taliter spoliantis datur petitorium. Sic, si fuerit ecclesiastica. Nec obloquitur capitulum 'Lator', quia illud dispensatiue, nec obest capitulum 'Si quis uirginem', nam ille, de quo ibi agitur, rapuit propriam, unde non incidit in illam constitutionem C. unde ui l. Cum querebatur, item uacantem uel etiam a se potius possessam, unde non incidit in constitutionem 'Si quis in tantam'.

**q.2.3** Item **queritur**, an laicus spoliatus uiolenter decimis debeat restitui.

Et **uidetur**, quia ad hoc quod competat restitutio sufficit quoquomodo

---

**q.2.2** 233 propria] publica *praem.* PL  234 ergo - meruit] econtra arg. ii. Q.vii. Lator *transferendo praem.* P (*cf. lin.* 236), possessa *et* xxiii. Q.ii. Si quis uirginem *add. et del.* P, econtra arg. ii. Q.vii. Lator (cf. lin. 236) *add. et* ergo a tota causa cadere meruit *dupl.* L  235 tantam] tota P, Solutio *add. et del.* P  236 Econtra: Arg.] arg. contra L  236 Econtra] arg. ii. ad proprietatem saltem admitti poterit *add.* Z, econtrano D  236 vii.] vi. Z  xxxvi. BD (et neme(!) *praem.* D), xxxiii. PL, xxxvii. Z  Si quis uirginem] C. Si quis in tantam *add.* Z  240 cadere *marg.* P  243 Vnde] C. *praem.* B[pc], l. *praem.* LD  243 ui si] nisi (ıı[1]) D  Vi *om.* ZB, ui tenetur etiam *praem. et del.* L  243 Filio] Filia P  244 ecclesiastica] sui dico ecclesia *add.* P, siue ecclesia *add.* L, res siue persona ecclesia *add.* D  245 illud dispensatiue L, id dispensatum P, illud dispensatorium ZB, illud dispensatum D  247-248 ui l. - unde *om.* Z  Cum querebatur - constitutionem *om.* D  248 etiam a] aut P

**q.2.3** 250-256 decimis - enormiter *om.* Z  252 sufficit *marg.* P

---

**q.2.2** 235 C.16 q.6 c.1; *Cod.* 8.4.7  236 C.2 q.7 c.44; C.36 q.2 c.5  238 *Cod.* 8.4.7  241-242 *si - inermis* cf. Hon. *S. Decr.* ad C.3 q.1 p.c.6  243 *Cod.* 8.4; *Cod.* 9.33  245 C.2 q.7 c.44  245-246 C.36 q.2 c.5  247 *Cod.* 8.4.11  248-249 *Cod.* 8.4.7

possedisse, ut iii. Q.i. § Patet. At is quoquomodo possedit, ergo debet restitui.

**Econtra:** Isti non competit talis rei possessio, nec ergo restitutio uel repetitio, ut xiiii. Q.i. § i. Item repetendo enormiter delinquit, ut xvi. Q.vii. c. i., set enormitas delicti impedit restitutionem, ut ii. Q.v. Super, ergo restitui non debet.

**Solutio:** Quibusdam placet debere restitui. Aliis uidetur in contrarium, et hoc uerius, dum de iure intelligatur, non autem de fructibus a iure discretis, que si a quolibet auferantur restitutio competeret. Idem intelligendum de sacris surreptis ab hiis quibus talia nequeunt possideri. Quid ergo, si a clericis quibus licet talia possideri? Resp.: Forte secus.

**q.2.4** Item **queritur** de canibus uenaticiis, utrum restitui debeant clerico, cui contra iuris ordinem a priuato erant ablati.

Et **uidetur**, quod nusquam reperitur possessio canum clericis interdicta, set usus tantum, ergo saltem ad possessionem habendam, licet non quoad usum restituatur.

**Econtra** uidetur, quia sine ornatu clericali incedens impune iniurias patitur, ut xxi. Q.iiii. Sine, C. de iniuriis l. Atrocem. Item clericus cum talibus incedere non debuit, ut in extra. ex Romano concilio Cum Apostolus, ergo iste inobediens fuit, ergo per seculares potuit opprimi potestates, ut di. xvii. Nec licuit.

**Solutio**: Quibusdam placet restitui non debere, set nec priuatus eis gaudebit et preterea punietur. Aliis uidetur restitui debere, cum usus tantum clericis sit interdictus. Set in quo foro debet conuenire? Resp.: in ecclesiastico.

---

q.2.3 253 possedit] possit *praem.* P 256 repetitio] repōtō P ut[2]] *ras. praem.* P 257 vii.] iiii. ZB v.] i. Z 260 dum] hoc autem quod nullo modo laico competere potest nec etiam ex dispensatione pape D (*gl.*) 263 Resp.] restituatur Z, restituantur B

**q.2.4** 264 queritur *om.* LZ debeant] debant P 265 ordinem] ordiem P 267 usus] - usque - P[pc] 268 quoad] quo P 270 Sine] Si non Z 271 ex *om.* L, extra P 271 Romano] Lateratio (*forsan pro* Laterano) D 273 Nec] Non L 276 Resp. *om.* (*lac.*) B, ℞di Z

---

q.2.3 253 C.3 q.1 p.c.6 256 C.14 q.1 §1 256-257 C.16 q.7 c.1 257 C.2 q.5 c.11

**q.2.4** 270 C.21 q.4 c.4; *Cod.* 9.35.4 271-272 3 *Conc. Lat.* c.4; 1 *Comp.* 3.34.6 (X 3.39.6) 273 D.17 c.4

**q.2.5** Item **queritur**, an aliquod crimen ab aliquo spoliato possit obici.

Et **non uidetur**, quia nec quisquam maiorum nec minorum aliquid potest obici spoliato, ut iii. Q.i. c. i., ii.

**Econtra** uidetur, quia, dum habet aliquid quo possit spoliari a quolibet, super quolibet potest accusari, ut ii. Q.ii. Nullus. Item publice interest delicta puniri; non enim obstante spoliatione delicta sunt relinquenda impunita, ut ii. Q.v. Super.

**Solutio**: Placet nec ab eo qui spoliauit nec ab eo qui causam ab eo habet super aliquo posse accusari; ab alio aliud, ab eo pro quo spoliatus fuit; Jo.: Si enormis est spoliatio, a nullo potest accusari, si non enormis, passim.

**q.2.6** Item **queritur**, utrum hoc argumentum sit generale: Iste fuit ultimo spoliatus, ergo debet primo restitui.

Et **non uidetur**, nam si spoliauero te capa tua et tu me postea equo meo, non uidetur quod possim repellere te petentem restitutionem primo cape tue, nam pari iuris censura possem te repellere, si spoliasses me nummo uno, quod uidetur inconueniens.

**Econtra** tamen uidetur, nam spoliator meus es, ergo non teneor tibi respondere, ut ii. Q.ii., iii. Q.i.

**Solutio**: Dici potest illud argumentum locum habere ubi inter duos intercessit spoliatio in eadem re uel circa eandem rem; alias obtinet 'Qui prior appellat, prior agat'.

**q.2.7** Item **queritur**, utrum sit generale quod res sit restituenda cum fructu.

Et **uidetur**, ii. Q.ii. c. i.

---

**q.2.5** 281 iii.] iiii. $P^{ac}$ i., ii.] i. et ii. B, et ii. Z 283 ii.[1]] iii. P 286 nec $B^{pc}$D, non $ZB^{ac}$, *om.* PL 288 Jo.] § J'o. P, ideo L, Set jo. D, secundum Johannem ZB 289 passim] pas'ıı P, bene *praem.* D

**q.2.6** 291 ergo debet primo D, ergo primo P, ergo primo debet ZB, debet ergo primo L 294 spoliasses] spoliasset P 296 tamen uidetur *emend.*, tam uidetur P, tamen *om.* ZB, uidetur tamen D, *illeg.* L 297 ii. Q.ii., iii. Q.i. PB, ii. Q.v. et iii. Q.ii. Z, ii. Q.ii. c.i. c.iii. Q.i. Set integranda (*cf.* C.3 q.1 c.3 *et* 4, *inc.* Redintegranda) D, *illeg.* L

**q.2.7** 301 Item] Vtrum D

---

**q.2.5** 281 C.3 q.1 cc.1,2 283 C.2 q.2 cc.3,5 285 C.2 q.5 c.11 288 *Jo.* Jo. Fav. $36^{rb}$, cf. Hon. *S. Decr.* ad C.2 q.2 pr. et c.1

**q.2.6** 297 C.2 q.2; C.3 q.1 c.3 299-300 *Dig.* 5.1.29; cf. Hon. *S. Decr.* ad C.3 q.1 p.c.6 (lin. 27) et ad C.3 q.11 p.c.3 (lin. 14)

**q.2.7** 303 C.2 q.2 c.1

**Econtra**: Si bone fidei est possessor, ergo consumptos restituere non tenetur. Item queritur cum quo aget de fructibus consumptis.

**Solutio**: Dici potest cum spoliatore uel cum eo qui ab eo causam habet, si et ipse male fidei possessor est; alioquin cum spoliatore, si compareat.

**q.2.8** Item **queritur**, si spoliauero Ticium decem et ei petenti restitutionem obiciam quod michi debeat decem petamque compensationem fieri, utrum compensatio in hoc casu fieri debeat.

Et **uidetur**, quia non teneor ei respondere, nisi michi statim uelit satisfacere, arg. iii. Q.viii. c. i., in extra. de cognitione mutuarum <petitionum> coram <eodem iudice> Miramur.

**Econtra**: Actio depositi et possessio uiolenter occupata non recipiunt compensationem, ut C. de compensationibus.

**Solutio**: Placet non habere locum compensationem decretalis 'Miramur'; et que in hunc modum loquuntur locum habent in petitoriis et non in possessoriis.

**q.2.9** Item **queritur**, si priuatus aliquis detraxit qui sit respersus infamia, utrum ei teneatur respondere donec fama mala de eo quiescat.

Et **non uidetur**, quia spoliauit eum fama sua, ergo non tenetur ei respondere nisi eum fame restituerit; set eum restituere non potest, ergo non ei respondere tenetur.

---

q.2.7 306 cum spoliatore … cum eo D, cum spoliatorem … eum L, spoliatorem … eum PB, spoliationem … eum Z 307 compareat] compariat P

**q.2.8** 311 respondere LD, reddere P, restituere ZB 312 iii. Q. (viii. P[pc]) c.i. PLZB, ii. Q.viii. c.i. D (*sed non videntur convenire, forsan recte* C.3 q.1 c.1; *cf. lin.* 296-297) 312-313 de cognitione - iudice] de cognit' mu. c̄a PL, de mutuis peti. c.ii. Z, mutuis peti. et reo B, ut actor respondeat D 314 et] Inst. de actionibus § Superest (*Inst.* 4.12.2) *praem.* L 315 compensationibus ZB, compensatum P, compensāt. L, compensatio D, l. Compensationem in fine *add.* ZB 316-317 compensationem - locum *marg.* P 316-317 decretalis Miramur] decet.(!) ut in extra. Miramur L, decretalis ii. Miramur D

---

q.2.7 306-307 *Solutio - compareat* cf. Hon. *S. Decr.* ad C.2 q.2 c.1 (ubi prolixius et clarius dicitur)

**q.2.8** 312 C.3 q.8 c.1; JL 12666; *App.* 11.2; 1 *Comp.* 2.4.3 (X -); 'de cognitione mutuarum petitionum coram eodem iudice' (PL) est t. *Coll. Bamb.* (34.2), *Coll. Lips.* (36.2) *et Coll. Cassell.* (43.2), 'de mutuis petitionibus coram eodem iudice' (ZB) est t. 1 *Comp.* 2.4; 'ut actor respondeat' (D) est t. *App.* (11.2) 315 *Cod.* 4.31.14 316-317 JL 12666; *App.* 11.2; 1 *Comp.* 2.4.3 (X -)

Item **solet queri** de iudice infamante aliquem preter ordinem quem uult in ius trahere.

Et **uidetur** quod non possit, quia citra iuris ordinem eum spoliauit, unde non tenetur eum admittere.

**Econtra**: A iudice fuit spoliatus, ergo siue iuste siue iniuste non debet restitui, arg. ii. Q.i. Imprimis.

**Solutio**: In primo casu dicatur non debere restitui, cum iuris et facti impossibilitas sit impedimento; de secundo casu potest queri.

---

**q.2.9** 324 Item] Idem P 328 Econtra] Contra D siue[1]] siue *et ras.* P[pc] siue iniuste *marg.* P 329 i.] ii. B, *om.* D Imprimis] Set ibi scandalum fuit in causa *add.* D (*gl.*) 331 queri] idest dubitari, credo quod tenetur eum s. *add.* D (*gl.*)

---

**q.2.9** 329 C.2 q.1 c.7

# D.1 t.3 de notoriis

**pr.** Restituta possessione potest is qui spoliatus fuit a quouis accusari.
**q.1** Set quoniam criminum quedam sunt occulta, quedam manifesta, item manifesta quedam notoria, quedam non adeo diuulgata, de notoriis primo uideamus **querentes**, an aliquod crimen sit notorium et quod generaliter fiat notorium et quid iuris in hoc casu sit. Sciendum igitur est quoniam quibusdam placet nullum crimen esse notorium facti euidentia. Notorium tamen improprie dicunt quod legitime in iure est publicatum uel conuictione uel confessione.

Et hoc hiis argumentis asserunt: Nullum peccatum potest condempnari nisi legitime publicatum, set non publicatur legitime nisi per conuictionem uel confessionem in iure factam, ut xv. Q.v. c. ii. Item per facti euidentiam non publicatur legitime, quia, ubi aliquis publice deprehensus est in delicto, non habetur criminosus nisi conuictus uel confessus, ut xv. Q.viii. c. ult. Item 'etsi manifestissima sit contrariorum reprehensio, oportet tamen ordinem seruari', ut xi. Q.iii. Eorum. Item peccatum Lotharii toti orbi notum erat, ut ii. Q.i. Scelus, et tamen dicit papa se testes uelle inducere ad conuincendum, ut xi. Q.iii. Precipue. Item delictum Sodomitarum manifestissimum erat, quod tamen Dominus condempnare noluit, nisi sibi constaret prius per fideles testes, scilicet angelos, ut ii. Q.i. Deus omnipotens. Hiis igitur uidetur nullum peccatum

---

**tit.** 2 *linearum spatium praem.* P fol. 52[ra], De notoriis *marg.* P fol. 52[rb], De notoriis *marg. et in lin.* (*rubr.*) D fol. 3[vb]

---

**pr.** 2 occulta] occulata P 3 item manifesta quedam notoria LD, I'ıit' māıf'ı quedam natoria P, item quedam manifesta quedam notoria B, quedam notoria Z

**q.1** 5 notorium] notarium P 8-10 uel - publicatum *om.* Z 9 asserunt ZBD, ast[u]unt P, affirmant L 11 confessionem] per *praem.* P 14 xv.] v. B[ac] 17 Q.iii.] Q.iiii. Z 18 Sodomitarum] Sodomitharum P

---

**q.1** 11 C.15 q.5 c.2 14 C.15 q.8 c.5 in fine 14-15 *etsi* - *seruari* in C.11 q.3 c.76 15 C.11 q.3 c.76 16 C.2 q.1 c.21 17 C.11 q.3 c.3 20 C.2 q.1 c.20

esse notorium, idest tale, ubi ordo iudiciarius seruari non debeat. Sic ubi ergo reperiatur, quod manifesta ordinem iudiciarium non requirunt, intelligatur de predictis modis manifestatis. Secundum hos crimen Lotharii, Corinthii non fuit notorium, nec etiam crimen sacerdotis publice tenentis fornicariam tale est, quod non oporteat predictis modis publicari.

**Econtra** probari potest aliquod crimen esse notorium facti euidentia, qua cum duobus predictis modis legitime publicatur peccatum, ut di. l. Si quis diaconus, in extra. de simonia De hoc autem, ii. Q.i. Manifesta, In manifesta, optimum arg. in extra. de appellationibus Consuluit, in extra. de sponsalibus Ex litteris. Vnde quod minus dicitur xv. Q.v. c. ii. alias suppletur. Nec obstat illud capitulum Q.viii. c. ult.; ibi loquitur de occulta deprehensione. Item nec illud 'Eorum'; dicatur ibi contrariorum, idest aduersariorum, non obiectorum, et nulla erit obiectio. Item non est contrarium xi. Q.iii. Precipue, quia loquitur ibi de testibus inducendis non super adulterio, quod erat notorium, set super occulta communicatione, qua communicare dicebatur Lotharius cum Gualdrada postquam fuit excommunicata.

Dicantur ergo aliqua crimina notoria.

**q.2** **Queritur** ergo de peccato Corinthii, an fuerit notorium.

**Et uidetur** expressum quod fuit notorium ii. Q.i. In manifesta. Alioquin, ut ibi dicitur, ordine non seruato non tulisset in eum sententiam Apostolus.

---

q.1 21 ubi] nisi P 23-24 Lotharii] Letharii P 28 di. l.] di. l.i. L, d. iii. Z 29 de simonia] de appell'. *praem. et del.* P 29 Q.i.] Q.ii. $P^{ac}$ 30 In manifesta *om.* ZBD 30 extra.] de spō. *add. et del.* P 30-31 de - extra. *marg.* P 31 de sponsalibus *marg.* $P^{pc}$, de spon. LD, de spo. ZB, de matrimonio contrahendo et iam contracto et sponsalibus *marg.* $P^{ac}$ 31 Ex litteris] quas etc. *supra lin. add.* $P^{pc}$ Q. v.] q. viii. L 31 c. ii.] c. iii. $P^{ac}$ 33 Item] Idem P illud] capitulum *add.* ZB, c. *add.* L, c. Q. viii. (xi. *supra lin.*) Q. iii. *add.* D 33 Eorum] Quorum L 37-38 Gualdrada $LZ^{pc}$, Galdrada B, Galdada D, Gaudrada P 39 Dicantur ZBD, Dicatur PL

**q.2** 40 fuerit LZD, fuit BP 41 In manifesta] De manifesta Z

---

q.1 28-29 D.50 c.29 29 JL 14110; *App.* 2.13; 1 *Comp.* 5.2.10 (X 5.3.11) 29-30 C.2 q.1 cc.15,17 30 JL 14112; *App.* 10.14; 1 *Comp.* 2.20.16 (X 2.28.14) 31 JL 13793; *App.* 6.20; 1 Comp. 4.1.6 (X 4.1.7) 31 C.15 q.5 c.2 32 C.15 q.8 c.5 33 C.11 q.3 c.76 35 C.11 q.3 c.3

**q.2** 41 C.2 q.1 c.17 43-44 *sententiam Apostolus* cf. 1 Cor. 5.1-5

**Econtra uidetur** non fuisse notorium, quia cohabitatio nouerce tantum suspicionem generabat de facto. At hanc presumptionem elidebat iuris prescriptio que longe est firmior. Ius enim talem tali permittit cohabitare etiam si episcopus esset, ut di. xxxii. Interdixit, di. lxxxi. Volumus. Item natura illam presumptionem elidebat, nam talem cum tali utpote in primo gradu affinitatis et primo genere nichil seui criminis existimari fedus naturale permittit, ut C. de episcopis et clericis l. Eum qui.

**Solutio**: Dici potest non fuisse notorium, set hoc ordine credendum est Apostolum egisse. Commonuit eum semel, secundo et tertio, ut eam dimitteret, et non dimisit, unde fuit contumax, unde ratione contumacie utpote confessionis interpretatione potuit eum condempnare, ut iii. Q.ix. Decreuimus, et hoc ex uerbis Apostoli colligi potuit dicentis 'absens facie presens spiritu' etc., nam contumacis absentia Dei repletur presentia, ut C. de iudiciis l. Properandum, quo casu aperte loquitur capitulum In manifesta.

**q.3** **Item queritur**, utrum crimen Sodomitarum erat notorium.

**Et uidetur**, ii. Q.i. Deus omnipotens.

**Econtra**: Quia natura et ius elidebant illam presumptionem que orta fuit de facto quod facere potest, nam fortior est iuris et nature presumptio quam facti, cum presumptio orta de facto non sufficiat etiam ad indicendam purgationem, ubi contraria presumptione iuris et nature eliditur, ut di. xxxiiii. Quorundam.

**Solutio**: Eodem modo hic quo supra respondeatur, scilicet non esse notorium, cum Deus angelos ad inquirendum miserit, quod non fecisset, si notorium esset.

**q.4** **Item queritur**, utrum peccatum Lotharii fuerit notorium.

**Et uidetur**, nam infiniti fere canones clamant.

---

q.2 44 Econtra] Contra D 50 de - qui] de epc̄ et c. l. Reis D clericis *om.* L 50 l.] i. P[pc] Eum qui] Eum P[pc] 52-53 dimitteret] dimittent P 55 Apostoli] Ista uerba magis referuntur ad Apostolum quam ad Corinthium ut potest perpendi. Exempla (Corth'ius *del.* P[pc]) Corinthiis transmissa ab eo *marg. add.* P (*gl.*) 57 Properandum] Properande B 58 In manifesta] De manifesta Z

**q.3** 60 uidetur] ut[m] P i.] infra Z 61 Econtra] Contra D 62 fortior] foın'ı(!) P 62-65 presumptio - eliditur *marg. et* eliditur *dupl. in lin.* P 65 xxxiiii.] xxxiii P[ac]

---

q.2 47 D.32 c.16; D.81 c.24 50 *Cod.* 1.3.19 52 Cf. 1 Cor. 5.1-5 54-55 C.3 q.9 c.10 56 *absens - spiritu* in 1 Cor. 5.3 57 *Cod.* 3.1.13 58 C.2 q.1 c.17

**q.3** 60 C.2 q.1 c.20 65 D.34 c.1

**Econtra**: Precessit in eo commonitio, ut xi. Q.iii. Precipue, ergo non fuit notorium, cum in notorio commonitio locum non habeat, nam ius habet eum satis pro commonito.

**Solutio**: Dici potest hoc crimen fuisse notorium, nam publice etiam Gualdradam superduxerat. Si tantum eam pro pelice teneret, fortassis secus esset sentiendum. Immo etiam Lotharius confessus est eam se duxisse, ut xxxi. Q.ii. Lotharius. Quod obicitur xi. Q.iii. Precipue, soluatur ut supra.

**q.5** **Item queritur** de presbitero publice tenente fornicariam, an eius delictum censeri debeat notorium.

**Et uidetur** secundum premissas rationes, nam ex tali cohabitatione oritur sinistra suspicio de facto, quam non infirmat iuris presumptio, set magis confirmat, quia inhibet talem cum tali cohabitare, nec infirmat nature presumptio, quia natura satis consentit, unde in contrarium non presumit. Cum ergo toti uicinie sit notum ortamque suspicionem de facto nec iuris nec nature infirmet presumptio, set magis confirmet, uidetur esse notorium.

**Econtra**: Hic habet locum commonitio, ut in extra. ex concilio Romano Clerici, in extra. de clericis matrimonio c. i., ii. etc. Ergo non est notorium.

**Solutio**: Hoc secundum quosdam est notorium nec obstat quod dicitur de commonitione. Habet enim locum in omni crimine, ut xii. Q.ii. Indigne. Aliis uidetur, et hoc uerius, non esse notorium nisi post trinam commonitionem, quo casu, cum toti sit uicinie notum, ex frequenti

---

**q.4** 73 commonito] commonitio (commonitō) P 76-77 confessus - Lotharius *post* obicitur *marg.* P 77 Lotharius] Lothorius P

**q.5** 79 Item] 1 *lineae spatium praem.* P, *quasi nov. t. tract.* D 80 debeat LZB, debet PD 82 infirmat] ~· *add.* P presumptio] prescriptio *marg.* $P^{pc}$ *et* D 84 presumptio] prescriptio $P^{pc}$ 86 suspicionem BD, suspicione Z, presumptionem PL 86-87 presumptio - confirmet *marg.* P 88 Econtra] Contra PL ex] *om.* LZ 89 Clerici PZ, cl'i L, cleri B, cůci(!) D clericis] cl'i. LD, ol'i. P, concilio ZB 89 c. *om.* ZB, o. L ii.] neque ($n^{c}$;) L, et *praem.* $D^{ac}$ 89-90 Ergo - notorium *hic ponunt* LD, *post* Clerici *tr.* $P^{ac}$ZB, *post* commonitio *tr.* $P^{pc}$ (*marg.*) 92 xii.] xxii. $P^{ac}$, xi. D 94 uicinie] uicine P

---

**q.4** 71 C.11 q.3 c.3 77 C.31 q.2 c.4 in fine; C.11 q.3 c.3

**q.5** 88-89 3 *Conc. Lat.* c.11; 1 *Comp.* 3.2.12 (X 5.31.4) 89 JL 14093 et 13813; *App.* 18.1 et 2; 1 *Comp.* 3.2.4 et 5 (X 3.2.3 et 4) 92-93 C.12 q.2 c.21

commonitione fit notorium, arg. di. lxxxi. Si qui sunt. Ad hoc ergo generaliter secundum nos, quod crimen sit notorium, hec exiguntur: Quod toti uel maiori parti uicinie sit notum. Item quod suspicionem ortam de facto non infirmet, immo magis confirmet iuris et nature presumptio. Item quod ab eo cuius interest trina et spiritualis precedat commonitio, quo facto statim fit notorium et suspenduntur subditi ab eius qui criminosus reputatur sacramentis non expectata superioris sententia, quo casu loquitur capitulum di. xxxii. Nullus audiat. At hec non interueniunt in peccato Corinthii uel Sodomitarum. Quicquid sit de peccato Lotharii?

**q.6** **Set queritur**, an in hoc casu presbiter tractus in causam, postquam fornicariam dimiserit, passim possit condempnari quasi ex notorio, cum eam publice in proximo habuerit.

**Et uidetur** quod **non**, nam si eam dimisit, non condempnabitur, ut in extra. ex Romano concilio Clerici. At hic dimisit, ergo non condempnabitur, set si constiterit eum habuisse fornicariam deponetur, ut di. lxxxi. Ergo oportet ut ordine iudiciario publicetur.

**Econtra uidetur**, quod passim debeat condempnari, cum id quod semel est notorium non possit fieri non notorium, nam ex hoc sequeretur semel legitime publicatum posse fieri non legitime publicatum, quod in conuictione uel confessione non contingit, quibus equipollet facti euidentia.

**Solutio**: Secundum scilicet quod ante fuit notorium, fit non notorium. Nec hoc absurdum, cum idem contingat in quolibet quod actu ipso pertranseat nec apparet certum uestigium, nam etiam ubi quis occidit hominem centum hominibus uidentibus, quod quidem satis est notorium, si inficiatur, desinit esse notorium. Set hoc ita nisi interficiat in conspectu iudicis sedentis pro tribunali, quo casu non est locus

---

q.5 95 fit] sit P lxxxi.] lxxxvi. $B^{pc}$, xxxvi. $B^{ac}$ qui LZBD *et Friedb.*, quis P 97 suspicionem ZBD, suspectionem L, sumptionem P 99 quod *om.* P 100 suspenduntur ZBD, suspendentur L, suspenditur P

**q.6** 105-106 postquam ZB, *om.* PLD 106-107 notorio] notario P 108-110 ut - condempnabitur *marg.* P 109 concilio L, con. PB, cum D, et Z Clerici LZD, cl'i P, cleri B 111 lxxxi.] Si qui *add.* L (Si qui sunt *est* D.81 c.15) 113 non[1] - notorium *marg.* P 121 nisi ZD, ibi *supra lin.* $P^{pc}$, si non L, nihil nisi B

---

q.5 95 D.81 c.15 103 D.32 c.5

**q.6** 109 3 *Conc. Lat.* c.11; 1 *Comp.* 3.2.12 (X 5.31.4) 110-111 D.81 c.15

inficiationi. Ex decretali tamen uidetur esse notorium quod publice coram multis fit, que sic incipit 'Nos inter'.

**q.7** **Set obicitur**: Esto, quod post trinam commonitionem adhuc detineat et suspensus uocetur in causam, ut deponatur, et tunc eam reiciat. Queritur ergo, utrum tertio possit deponi quasi pro notorio preter ordinem.

**Et non uidetur** secundum premissam rationem.

**Econtra** uidetur, nam pro notorio fuit suspensus, et adhuc manet eadem suspensio; est uel non est notorium, ergo est.

**Solutio**: Placet quibusdam hic esse notorium. Dicunt enim generale esse ut, si aliquis aliquam penam pro notorio susceperit, alias etiam quasi pro notorio suscipere poterit, licet ipso actu res talis transire uideatur. Alii contra sentiunt.

**q.8** **Item queritur**, utrum post cuiuslibet commonitionem crimen fiat notorium.

**Et uidetur**, quia cuiuslibet interest fratrem delinquentem corrigere, ut xxiiii. Q.iii. Tam sacerdos, v. Q.v. Non uos, et est toti uicinie notum, ergo si corrigi noluerit habendus est tamquam ethnicus et publicanus, ergo subditus potest se ab eius communione separare, ut di. xxxii. Nullus.

**Econtra** uidetur, quod ad commonitionem solius prelati fiat quodlibet crimen notorium, nam eius solius interest commonere, causa xxiii. Q.iiii. Forte, i. Q.i. Quisquis. Item dum a prelato sustinetur, a laicis debet supportari, ut di. xxviii. Consulendum.

**Solutio**: Dici potest ad commonitionem priuati nullum crimen fieri notorium. Post trinam ergo commonitionem prelati suspenduntur subditi a missa sui presbiteri, ut di. lxxxi. Si qui sunt.

---

q.6 123 inficiationi] inficiatorum P[pc] 124 Nos inter] De hoc autem (JL 14110; *App.* 2.13; 1 *Comp.* 5.2.10 (X 5.3.11); cf. Hon. *S. Decr.* ad C.2 q.1 cc.1,7) *add.* D

**q.7** 125 adhuc LB, ad hoc P, ad h[c] D, ad hec Z 133 notorio] notario P alias] alios *forsan* P[pc] (*lit. incerta*) 134 notorio] notario P transire *om.* P

**q.8** 138 quia *dupl.* P 139 sacerdos PLZB *et var. lect. Friedb.* (*an.* 247), sacerdotes D *et Friedb.* 141 xxxii.] xxii. Z 144 xxiii.] xxiiii. L, xxxiii. D 145 iiii.] iii. L 145 i. Q. i.] l. ci. *et* i. *supra lin.* D Quisquis] Quamquam uel Quisquis uel Quicquid (Quidquic Z) ZB 146 xxviii.] xxv. Z 149 Si qui] Si quis P

---

q.6 123-124 *Ex decretali - 'Nos inter'* cf. Hon. *S. Decr.* ad C.2 q.1 p.c.14 124 JL 13970; *App.* 10.27; 1 *Comp.* 5.29.7 (X 5.34.6); cf. Hon. *S. Decr.* ad C.2 q.1 p.c.14 (lin. 17)

**q.8** 139 C.24 q.3 c.14; C.5 q.5 c.1 141-142 D.32 c.5 144-145 C.23 q.4 c.11 145 C.1 q.1 c.5 146 D.28 c.17 149 D.81 c.15

# D.1 t.4 de occultis

**pr.** Premisimus de notoriis, uideamus de occultis. Sunt autem occulta quedam omnino, de quibus inutile esset disceptare, cum diuino relinquantur examini, ut vi. Q.i. Si omnia. Sunt autem occulta uel uni soli uel paucis nota, de quibus ad presens uidebimus circa uerba illa Dominica: ‘Si peccauerit in te frater tuus’ etc. intentionem fundantes. Considerandum igitur est, qui uel ad quid testes sint inducendi, an consilium sit an preceptum illud euangelicum, item utrum ad omnem personam generaliter uel corripientem uel corripiendam pertineat, item utrum de omni peccato sit generaliter propositum.

**q.1** Circa primum capitulum uaria est magistrorum sententia. Quibusdam placet hoc ordine procedendum esse, ut si quis solus nouit crimen alterius debet eum corripere primo solus, qui si non audierit debet adhibere duos uel tres testes, qui audiant reum in redargutione crimen confitentem, quod si non profecerit introducet ad conuincendum, cum publice accusationem instituerit. Aliis placet quod induci debeant testes qui pariter uideant reum crimen committentem, si crimen est quod iteretur, cum quibus debet redarguere, et si non profecerit cum illis debet conuincere. Aliis placet testes esse inducendos qui audiant eum corripientem in genere crimine specialiter non designato ad maiorem confusionem. Si tunc non profecerit, debet dicere ecclesie prelato, idest non publice accusando, set secreto insinuando, ut ipse elaboret ad correctionem; qui si se nec tunc reus correxerit debet is qui nouerat criminosum eius secretam communionem uitare, non publicam, et hoc est

---

**tit.** 2 *linearum spatium praem.* P fol. 52$^{vb}$, De occultis *in lin.* (*rubr.*) D fol. 4$^{vb}$

---

**pr.** 1-208 Cf. Hon. *S. Decr.* ad C.2 q.1 c.19 (lin. 67-69) 1-62 Cf. Hon. *S. Decr.* ad C.2 q.1 c.19 (lin. 1-37) 1 notoriis] notariis P uideamus] uideamus quo casu quis debebeat(!) crimen alicuius publicare *marg.* P (*gl.*) 2 disceptare] desceptare P 5 frater] frt̄er P$^{pc}$ 7 euangelicum] euangelium P omnem *marg.* P$^{pc}$, ordinem P$^{ac}$ 8 generaliter *marg.* P$^{pc}$

**q.1** 16 pariter] paritum P 17 quod] fornicatio *marg. add.* P (*gl.*) 20 prelato *marg.* P$^{pc}$ 21 elaboret] elabaret P 22 is] his P

---

**pr.** 3 C.6 q.1 c.7 5 Matth. 18.15, cf. C.2 q.1 c.19 7 *illud euangelicum* sc. Matth. 18.15

quod dicit: ‘fiat tibi sicut ethnicus’ etc. Alii dicunt illud euangelii de manifesto loqui, quibus nichil obuiat nisi quod Augustinus idem capitulum exponit de occulto, ut ii. Q.i. Si peccauerit. Set Augustinum redarguere quis audeat? G. uero dicit illud euangelicum in duobus casibus loqui, nam primo loquitur de eo qui solus nouit aliquem criminosum, quo casu secreto corripiendum esse nec ulterius procedendum dicit. Postea loquitur de eo qui cum aliis nouit aliquem criminosum, quo casu debet primo secreto corripere et post si non profecerit illos testes adhibere qui secum sciunt; si tunc non profecerit dicat ecclesie, idest accusabit et per testes illos conuincet.

Prima sententia sic infirmatur: Si ducat testes qui non nouerunt, qui audiant corripientem, ita fratrem scandalizabit et proditor erit, ut ii. Q.i. Si peccauerit, v. Q.v. Qui ambulat. Item per testes tales de auditu conuincere non poterit, cum non sit de exceptis casibus, ut iii. Q.ix. § De hiis.

Secunda sententia sic improbatur: Talis proditor recte censetur, nam magis est prodere factis quam uerbis. Item non imitatur pium Constantinum dicentem: ‘Vere si propriis oculis’ etc., ut di. xcvi. In scripturis.

Tertia sic, que tamen ceteris uidetur esse melior: ‘Quamdiu nichil probare potest, in communione omnium preterquam eius qui’ nouit criminosum erit, ut vi. Q.ii. Si tantum. Item bonorum uirorum est aliorum peccata sufferre qui publicis documentis destituuntur, ut ii. Q.vii. Plerique.

---

q.1 24 tibi *om.* PL 24-27 Alii - audeat *om.* P (*forsan olim marg., ras. in marg.*) 25-26 idem capitulum - Augustinum *om.* Z 26 Augustinum *emend.*, aug.$^{9}$ LBD 27 G. PL, GG’. (Gregorius) BD, *om.* (*lac.*) Z 27 euangelicum] euangelium P, euangelii Z 28 primo] post P, prius Z 35 ii. *in ras.* P$^{pc}$ 36 v.$^{1}$ - Item] Item secundum t. ii. Q. v. Qui ambulat uel B 36 v.$^{1}$ - ambulat *marg.* P, *om.* LZD 36 v.$^{1}$] ii. B 37 iii.] ii. Z 38 De his P *et Friedb.*, De his qui (*et lac. praem.*) Z, *om.* LD, Item de his confessio extra ius facta non preiudicat, ut xv. Q. v. Presbiter (C.15 q.5 c.2) et in extra. de iudiciis clerici uel depositione clericorum *add.* L 40-41 Constantinum] Constantium P 41 xcvi.] xxvi. L, xvi. Z

---

q.1 24 *fiat - ethnicus* in Matth. 18.17 25-26 *Augustinus - de occulto* cf. Augustinus, *Sermones in Matthaeum, sermo* 82.10 26 C.2 q.1 c.19 27 *G.* non invenimus; cf. Hon. *S. Decr.* ad C.2 q.1 c.19 (lin. 5.29.85), ad C.2 q.7 c.27 et ad C.22 q.5 c.8 (lin. 8) 35-36 C.2 q.1 c.19 36 C.5 q.5 c.5 37-38 C.3 q.9 p.c.15 41 *Vere - oculis* in D.96 c.8; D.96 c.8 42-43 *Quamdiu - qui* in C.6 q.2 c.2 44 C.6 q.2 c.2 45-46 C.2 q.7 c.27

Quarta sic: Quia Dominus ita non distinguit. Item ab Augustino uidetur approbari quod adulterium maritorum ab uxoribus proditur, ut ii. Q.i. Si peccauerit. Item his qui nouit alium periurum tenetur sacerdoti prodere, ut xxii. Q.v. Hoc uidetur. Item qui fecerit coniurationem tenetur prodere et remunerabitur, ut di. lxxix. Si quis papa, vi. Q.i. § Verum, iii. Q.v. c. iii.

**Solutio**: Placet nobis ultima sententia, quod loquatur in duobus casibus. Et hoc uidetur uelle Augustinus: 'Distingue tempora' etc., ii. Q.i. Si peccauerit. Eadem etiam uerba exponit Ieronimus, supra di. xlv. Set illud, de manifestis et Augustinus eadem exponit de occultis, ii. Q.i. Si peccauerit, ergo uel isti sibi contrarii sunt, quod dicere inconueniens est, uel in duobus casibus loquitur. Contraria autem decreta loquuntur quando plures nouerunt nec obuiat capitulum illud 'Si peccauerit' in fine, quia licet dicat Augustinus hoc quandoque accidere, non autem approbat. Confirmatur autem hec sententia ex illis decretis quibus secunda et tertia sententia improbatur.

**q.2** **Queri** autem potest, an preceptum sit.

**Et uidetur** esse preceptum, ut xi. Q.iii. Precipue. Item iubetur imponi penitentia ei qui crimen fratris reticuerit, ut B. lib. xix. Qui reticuerit, xxii. Q.i. Si quis, di. xlv. Set illud.

**Econtra** uidetur non esse preceptum, alioquin omnes essemus transgressores, quia multos in peccatis scimus et non corripimus. Item in multis peccatis locum non habet, ut infra dicemus.

---

q.1 47-48 ab Augustino - approbari] Augustinus (aug.') uidetur approbare L 47 Augustino Z, aug̅. B, aug.[s] P, aug⁹ D 50 Hoc uidetur *om.* Z 51 lxxix.] lxxxix. D 52 iii.[2]] iiii. Z 53 duobus] doubus P 54 casibus *marg.* P[pc] 55-58 Eadem - loquitur *marg.* P, *om.* Z 55 Ieronimus PLD, gḡ. (Gregorius) B 55 supra PBD, *om.* L (D.45 c.17 *supra non invenitur*) di. *om.* P 56 manifestis] mandatis P 56 Augustinus eadem D, Augustinus idem L, eadem Augustinus B, Augustinus P 59 in] et P

**q.2** 65 fratris] fratres P B. - xix.] B. (b. P[ac]) li. (lii. P[ac]) xix. P, Bur. li. xix D, di. li. et xix. L, *om. et lac. add.* ZB 65 Qui] Quod Z 66 xxii.] et *praem.* Z xlv.] xlvi. Z 66 Set] Si Z

---

q.1 48-49 C.2 q.1 c.19 50 C.22 q.5 c.8 51 D.79 c.2 51-52 C.6 q.1 p.c.21 52 C.3 q.5 c.3 54 *Distingue tempora* cf. C.2 q.1 c.19 §1 (Distribuite *Friedb.*, distingue *var. lect.*) 54-55 C.2 q.1 c.19 55-56 D.45 c.17 56-57 C.2 q.1 c.19 59-60 C.2 q.1 c.19

**q.2** 64 C.11 q.3 c.3 65 Burch. *Decr.* 19.121 66 C.22 q.1 c.10; D.45 c.17

**Solutio**: Dicatur preceptum esse, set distingue: Si solus nouit, arguere, corripere debet; si cum aliis, accusare debet, si possit iuris ordine.

**q.3** Item **queritur**, an generaliter ad omnes, an tantum ad prelatos illud emanauerit.

Et **uidetur** quod ad solos prelatos, quia sine aliqua interpositione subiungitur in euangelio: 'Quoscumque solueris' etc., quod tantum ad prelatos dictum est, arg. optimum xxiii. Q.iiii. Ita, Forte.

**Econtra** uidetur quod ad omnes. Loquitur enim generaliter ad omnes Augustinus, ut v. Q.v. Non uos. Item 'omnes fideles summam curam debent agere', ne aliquis de ecclesia pereat, ut xxiiii. Q.iii. Tam sacerdos. Set uidetur e directo quod non ad omnes pertineat, quia ad criminosos non. Item nec ad seruos nec ad mulieres, qui non possunt accusare nisi in exceptis casibus. Item nec laici, ut in extra. de testibus De cetero.

Item: Esto, quod tres tantum nouerint crimen, si quilibet hoc precepto constringitur, ita nullus testificari poterit, quia qui accusat non potest testificari, ut iiii. Q.iiii. Nullus, ita ergo non quilibet tenetur hoc precepto.

Item **quero** de criminoso uel infami, utrum debeat separare foro, ut scilicet possit admitti; et si non fecerit, an teneatur transgressor illius euangelici.

Item iudex Parisiensis solus nouit aliquem Carnotensis dioceseos criminosum. Coram Parisiensi idem conuenit aliquem.

Obicitur quod sit criminosus et illud crimen commiserit, cuius se credidit solum conscium. Probatur in modum exceptionis. Condempnatur.

**Queritur** ergo, utrum iudex iste eum modo debeat accusare, cum sciat etiam alios idem crimen scire.

---

q.2 71 si cum] sicut PL cum *dupl.* P[pc]

**q.3** 75 solueris] solueritis P 76 iiii.] iii. L, Q. *ras. add.* P 79 Q. iii. *supra lin. add.* P 80 uidetur *ante* quia *tr.* P 82 de testibus] dest'. P 83 De cetero] de etero(!) Z 84 hoc] et *praem.* P[pc] 86 Nullus] Null'us P 89 admitti] amitti P 91-92 Carnotensis - aliquem *marg.* P 93 cuius] cum P 94 Condempnatur] a Parisiensi *supra lin. add.* P 95 ergo *marg.* P, *om.* B

---

**q.3** 75 *Quoscumque solueris* cf. Matth. 16.19 et 18.18 76 C.23 q.4 cc.6,11 78 *Augustinus* in *Regula Augustini* 4.8 C.5 q.5 c.1 78-79 *omnes - agere* in C.24 q.3 c.14 79-80 C.24 q.3 c.14 82-83 JL 14091; *App.* 8.8; 1 *Comp.* 2.13.14 (X 2.20 14) 86 C.4 q.4 c.2 89-90 *illius euangelici* sc. Matth. 18.15-17

**Et uidetur**, quia scit fratrem suum criminosum nec paratum corrigi, ergo accusare tenetur; alioquin transgressor erit.

**Econtra**: Semel iudex extitit in eodem crimine, ergo numquam de cetero poterit super eodem accusare, ut ii. Q.vi. Statuendum.

Item: Posito, quod aliquis credat se solum conscium criminis alterius, in iudicio uidet aliquem eundem super eodem crimine eadem die et loco commisso accusantem, qui unicum inducit testem, queritur ergo, an iste eo audito teneatur procedere et testificari.

**Et uidetur**, quod mortale peccatum est ueritatem in hoc casu occultare, ut xi. Q.iii. Quisquis, xiiii. Q.ii. Quamquam et xi. Q.iii. Si quis hominem, Ve qui. At iste scit se cum aliis idem crimen nosse, cum tempus et locum comprehensum audiat, ergo nisi publicet, mortaliter delinquit.

**Econtra**: Ei legitime non constat quod illi notuit, sic ergo non tenetur procedere.

**Solutio**: Dici potest in duobus casibus euangelii duo precepta contineri, in primo arguere, in secundo accusare. A primo ergo precepto nulla prorsus persona excipitur, a secundo excipiuntur serui, mulieres, infames, criminosi. Item iudex de quo dictum est, qui cum semel extitit iudex, alterius persone officium gerere non potest. Et accipiatur ‚accusare' large pro ‚publicare', ut comprehendatur sub officio accusandi etiam officium testificandi, ut ita cesset obiectio premissa de testibus. De ultimo casu potest dubitari. Dicunt tamen quidam eum qui se credidit solum conscium in casu premisso teneri ad accusandum, quod aliis non uidetur. Et hoc magis credo rationi consonum, dum tamen distinguatur circa crimen, quia si non subiacet iterationi, non tenetur; alioquin tenetur.

**q.4** **Item queritur**, an ad quamlibet personam criminosam preceptum illud porrigatur, utrum scilicet quelibet persona criminosa debeat accusari.

---

q.3 97 scit] sit P 100 ii.] vii. B, *illeg.* L 105 in] et P 106 iii.[1]] iiii. Z 106 Quisquis] Quisquis a si quis(!) Z 106-107 et xi. - Ve qui *om.* Z 106 xi.] ixi. P 107 et *om.* PLB 108 comprehensum P$^{ac}$LD, comprehensus P$^{pc}$, expressum B, *om.* Z 108 delinquit] reliquid P 112 primo[1] *dupl.* P 112 arguere *marg.* P 113 a secundo] a secunda P 114 Item] excipitur *add.* P$^{ac}$ 121 non tenetur P$^{ac}$L$^{ac}$ZB, tenetur P$^{pc}$L$^{pc}$D

---

q.3 100 C.2 q.6 c.38 106 C.11 q.3 c.80; C.14 q.2 c.2; C.11 q.3 cc.58,59

**Et uidetur**, quod indefinite dicitur: 'Si peccauerit' etc., ergo uniuersaliter est intelligendum, ut di. xix. Si Romanorum, i. Q.iii. Saluator. Item ubi 'frater' dicitur simpliciter, non monachus tantum, set omnis Christianus intelligitur, ut xi. Q.iii. Ad mensam.

**Econtra** uidetur, quia hii quorum crimen est notorium non debent accusari, quia ita in notoriis ordo seruaretur, quod fieri non debet, ut ii. Q.i. Manifesta. Item ineptum uideretur, si accusare teneremur mulierculas que publice prostant, item publicos usurarios.

Item: Esto, quod nouerim cum tribus iudicem perperam adiudicasse alicui possessionem. Queritur ergo an teneor eum accusare, an illum qui detinet sciens et prudens alienum.

Et **non uidetur** quod detentorem, quia ipse auctore pretore possidet, ergo iuste, ergo non potest accusari. Item nec iudex, quia cum iudex etiam inique decreuit, dicitur ius reddere, ergo super eo accusari non potest.

**Econtra** uidetur, quod detentorem possit accusare, quia ipse scit se alienum possidere, ergo iniustus uocabitur, ut xxxiiii. Q.ii. Si uirgo. Item quod iudicem, quia premium meretur qui talem accusat, ut i. Q.i. l. antepenult., penult., ult.

**Econtra** quod neutrum, quia non coram ecclesiastico, cum eius non intersit de his iudicare, ut xi. Q.i. Si tributum. Item nec interest ecclesie sententias a iudice seculari latas infirmare uel confirmare. Item nec coram seculari, tum quia sententia semel lata non potest retractari, tum quia preceptum euangelicum datum non fuit de accusatione in foro se

---

**q.4** 126 indefinite LB, indiffinite PZ, indistincte D 128 monachus] moncus $P^{pc}$ 132 Item - si] *in ras.* P si] in ius uocare *in ras. add.* P accusare teneremur LD, acusare(!) *supra lin. et* haberemus *in lin.* $P^{pc}$, necesse habemus … uel uocare accusare Z, necesse haberemus … accusare B 134 perperam BD, properam Z, propriam $P^{pc}$, *om.* L 134 adiudicasse ZBD, abiudicasse $P^{pc}$L 135 possessionem] passionem P 136 et prudens] inprudens P, *om.* L 142 xxxiiii.] xxxii. D 142 Q.ii. *om.* PL 143 i.$^{1}$] infra ZB Q.i.] Si tributum *supra lin. add.* P (*cf. lin.* 146) l. *in ras.* $P^{pc}$, c. L, le. Z, lege B, c. l. D 144 penult. om. LZB 147 confirmare *marg.* P 148 seculari] se$^{c}$al'i P

---

**q.4** 126 *Si peccauerit* Matth. 18.15, cf. C.2 q.1 c.19 127 D.19 c.1 127-128 C.1 q.3 c.8 128 *frater* in C.11 q.3 c.24 129 C.11 q.3 c.24 131-132 C.2 q.1 c.15 142 C.34 q.1 et 2 c.5 143-144 C.1 q.1 cc.128-130 146 C.11 q.1 c.27

culari facienda. Sic ergo non ad quamlibet personam criminosam accusandam illud porrigitur.

**Solutio**: Dici potest primum preceptum ad omnes porrigi, ut corripiantur, etiam ad notorios. Et secundum eos qui hoc negant notorii ab hoc precepto excipiuntur. A secundo uero precepto omnes notorii excipiuntur. De eo quod de iudice dictum est, non est dubium, quin uterque possit accusari coram ecclesiastico, non quod ecclesia cogat sententiam retractari, set quod cogat utrumque leso satisfacere.

**q.5** **Item queritur**, an illud ad omne peccatum pertineat eque, scilicet ad ueniale ut ad mortale, et utrum ad omne mortale.

**Et uidetur**, quod ad omne quia indistincte dictum est: 'Si peccauerit' etc. Ergo de quolibet est intelligendum.

**Econtra**, quod de nullo ueniali, quia 'septies cadit iustus in die'; ineptum esset uel impossibile totiens accusationem instituere. Item ex hoc sequeretur eum grauius delinquere qui non accusaret quam eum qui delinqueret, cum primus mortaliter utpote transgressor illius precepti, secundus uero tantum uenialiter. Immo uidetur, quod ad omne mortale non pertineat, quia in crimine proprie iniurie tenetur quilibet remittere, non accusare, ut di. xc. Si quis contristatus, et secundum illud Dominicum: 'Dimitte nobis' etc.

**Solutio**: Dici potest ad mortalia dumtaxat illud pertinere et ad omne mortale, set hoc ita, si accusandus sit incorrigibilis.

**Et uidetur**, nam emolumenta que procuratori proueniunt domino accrescunt, et equum est eum sequi incommoda quem sequuntur emolumenta; igitur sicut ex facto procuratoris dominus gaudet compendio, ita et ex eius facto sustinebit dispendium. Item procurator uices domini gerens eque poterit conuinci et conuincere; ergo sicut ex conuictione domino fieret preiudicium, ita eque ex confessione.

---

**q.6** 81 ut ii.] vii. L 84 Econtra] facta D iii. $P^{ac}$L, vi. $P^{pc}$ZBD 85 ix.] xi. D 86 xi.] xii. $P^{ac}$ In] qui D de depositione] depositi D, *om.* Z 87 clericorum B *et App.* 26.4, clerici PLD, *om.* Z 87 At] Ac B, arg. D clerici] clericis L 89 determinari debeant ZB, determinari debeat PL, determinare debeant D de *dupl.* ZB 90 accusationibus ZB, accāt L, acc'āt D, accusatum P

**q.7** 91 utrum] uidetur *add.* P 92 procuratori] procuratoris P 94 gaudet *marg.* P 96 gerens] gentis P 97 conuictione LD, uictione PB, communicatione Z

---

**q.6** 81 C.2 q.1 c.18; C.11 q.1 c.43; C.24 q.1 c.39 82-83 D.50 c.34 84 C.3 q.6 c.12 85-86 C.9 q.2 cc.1-3, forsan melius C.9 q.2 cc.1,3 (c.2 est palea) et c.6 (cc.4,5 sunt paleae) 86 C.11 q.1 c.49 86-87 JL 14091; *App.* 26.4; 1 *Comp.* 2.1.6 (X 2.1.4) 89-90 *supra - accusationibus* Cf. Hon. *S. Quaest.* D.1 t.11

**Econtra**: Dicit lex non sufficere si tutores uel curatores confiteantur, ergo a simili nec si procuratores. Item non semper quod procurator agit domino preiudicat, nam ubi procurator non appellauit dominus auditur, ut ii. Q.vi. Biduum.
**Solutio**: Precise uerum est domino non preiudicari. Set quid si ratum habeat dominus quicquid acturus est procurator? Resp.: Hic preiudicat. Aliis uidetur in contrarium, arg. C. de episcopis et clericis Si quis in conscribendo.
Item ut scias quo casu preiudicat confessio, quo casu non, collige regulam G., que est huiusmodi: 'Confessus certum, sponte, in iure, contra se, in causa propria et pecuniaria, cui nec ius nec natura repugnat, cuius nomine cum alio actio competit, pro condempnato habetur'. 'Certum' dicitur, quod incerti confessio non preiudicat nisi quatenus cogitur certum confiteri, arg. v. Q.v. Illi; 'sponte', quia extorta non preiudicat, ut xv. Q.vi. c. i.; 'in iure', nam extra ius facta non nocet nisi iuxta distinctionem quam in principio posui; 'contra se', nam pro se confitenti non creditur; 'in causa propria', nam in aliena non preiudicat ut supra prope; 'pecuniaria': In criminali enim secundum leges non preiudicat nisi ut supra, secundum canones quandoque preiudicat ut supra; set nec in omni ciuili preiudicat quia non in liberali forte, ut C. de liberali causa l. Interrogatam; 'cui nec ius', nam si ius repugnaret, puta si mulier confiteatur se eum in potestate habere qui dampnum dedit, puta filium, non obligatur, quia ius hoc non recipit; et 'natura', nam si dicat aliquem sexagenarium esse filium, cum ipse sit tricenarius, non obligatur; 'cuius nomine cum alio actio competit', puta si quis confiteatur se seruum occidisse, cum adhuc uiuat, non obligatur, ut ff. de confessis l. Si is.

---

q.7 98 Econtra] Contra D 104 C. *om.* Z episcopis] episcopus B, ep̄ D et *om.* Z 104 clericis *emend. cum Cod.* 1.3.50, clerici D, clericus ZB, d'i P, *illeg.* L 104-105 Si quis in conscribendo] in scribendo Z 108 propria - pecuniaria] et propria pecuniaria P[pc] 111 Illi] Illi qui Z 112 ut LZBD, *subp. et ras. supra lin. add.* P 112 in iure LZD, ııriı̄e P, *om.* B 114 creditur LZD, concreditur P[pc], conceditur P[ac], c̄ B 117 liberali] libero Z 118 Interrogatam] Interrogatiua P 123 ff.] I. L 123 confessis *scrips. cum Dig.* 42.2.4, confes. L, conf'. D, con. Z, confessus P, f'. B 123 l. *om.* L is] his D

---

q.7 101 C.2 q.6 c.29 104-105 *Cod.* 1.3.50 106-123 Cf. Hon. *S. Decr.* ad C.2 q.1 c.1 (lin. 14-23 et 31-41) 106-107 *regulam G.* cf. M fol. 66[va]: 'regulam Guarnerii teotonici os aureum' et K. Nörr, *Zur Herkunft des Irnerius*, ZRG RA 82 (1965) 327; cf. Hon. *S. Decr.* ad C.2 q.1 c.1 (lin. 14), ad C.10 q.2 c.2 (lin. 89.96) et ad C.15 q.8 c.1 (lin. 17) 107-109 *Confessus - habetur* cf. glossa ordinaria ad C. 7.59 (De confessis) s.v. soluere (Iohannes Bassianus) 111 C.5 q.5 c.4 112 C.15 q.6 c.1 117-118 *Cod.* 7.16.24 123 *Dig.* 42.2.4

# D.1 t.8 de transactione

**pr.** Quoniam ante institutam accusationem solent quandoque transigere litigantes, ideo de transactione quedam prelibemus.

**q.1** **Queritur** ergo, utrum in crimine ecclesiastico secundum canones liceat transigere.

**Et uidetur**, quia debent iudices dissidentes clericos 'magis ad pacem quam ad iudicium' coartare, ut di. xc. Studendum. Item 'primates accusatores episcoporum cum eis debent pacificare', ut v. Q.ii. Si primates. Item passim uidetur indulgeri transactio, ut xxiii. Q.iiii. Si illic.

**Econtra**: Resp. est quia in omni crimine quod irrogat penam sanguinis licet transigere excepto adulterio. In omni quod non irrogat non licet excepto crimine falsi. Set nullum crimen ecclesiasticum irrogat penam sanguinis, ergo super nullo licet transigere. Item nec ante nec post accusationem institutam licita est transactio. Post non, quia ab accusatione instituta recedens fit infamis, ut ii. Q.iii. Paulum. Item nec ante, nam ad hoc instituitur secundum canones accusatio ut peccata purgentur magis quam puniantur, scandala resecentur, que omnia impediuntur per transactionem, ergo transactio est illicita. Item accusatio criminis ecclesiastici est quasi quiddam spirituale, unde nullo modo licet transigere.

**Solutio**: Distingue inter crimen proprie iniurie super quo passim licet transigi quo casu loquuntur priora capitula, et inter crimen aliud, super quo transigitur ante accusationem institutam et post litem institutam, dum tamen iudici de crimine non liqueat et auctoritate iudicis, ut ii. Q.iii. Si quis, alias autem numquam.

---

**tit.** 3 *linearum spatium praem.* P fol. 55[va], De transactionibus *marg.* P fol. 55[va], De transactione *supra col.* D fol. 8[ra]

---

**q.1** 6 xc. L, xxvi. B, xii. P[ac]D, xci. P[pc] Studendum] Stedendum L 8 xxiii.] xxiiii. B 8 illic] illuc L 9 Econtra *om.* D 10-12 licet - sanguinis *marg.* P 13-14 institutam - instituta *marg.* P 13 ab *dupl.* P 18 quasi *dupl.* P

---

**q.1** 5-6 *magis - iudicium* in D.90 c.7 6 D.90 c.7 6-7 *primates - pacificare* in C.5 q.2 c.4 7 C.5 q.2 c.4 8 C.23 q.4 c.29 9-12 Cf. Hon. *S. Decr.* ad C.2 q.3 c.6 14 C.2 q.3 c.6 21 *priora capitula* cf. lin. 6-8 et 14 23-24 C.2 q.3 c.5

Set **queritur**, que pena debeatur in casu non concesso transigenti.

**Resp.:** Si pecunia promissa non soluitur, facile transigens absoluitur, ut ii. Q.iii. Paulum. Si pecunia soluitur et sit corporale quod soluitur, tenetur crimine concussionis, ut i. Q.i. l. ult.; si spirituale, ut simoniacus potest deponi.

**q.2** **Item queritur**, utrum super decimis admittatur transactio.

**Et uidetur** arg. in extra. de pactionibus licitis et illicitis Statuimus, Contingit.

**Econtra**: Transactio rei iudicate auctoritatem obtinet, set adiudicare alicui decimas sub obtentu muneris est simonia, ergo et transigere. Item transactio equis passibus ambulat cum uenditione, ut x. Q.ii. Casellas, set uenditio non permittitur, nec ergo transigere. Item super expensis factis in lite de decimis non licet transigi, ut in extra. de pactionibus licitis et illicitis Cum pridem, Constitutus, ergo multo minus super ipsis decimis. Expressum est xvi. Q.vii. Decimas quas.

**Solutio**: Si constet decimas super quibus litigatur non deberi illicita est transactio, cum hoc esset uerius emptio quam transactio. Ceterum si constet eas deberi et paratus est iudicio stare, non est licita. Si contumaciter renuit soluere, licite per omnia intercedit nec dicitur transactio, set quedam spiritualium liberatio; hoc tamen datum ex post facto repeti potest conditione indebiti, ut xv. Q.vi. Auctoritatem.

**In summa** sciendum est quia procurator qui generale habet mandatum transigere non potest, nam in generali mandato non continetur transactio, ut ff. de procuratoribus Mandato. Item si administrator ecclesie de lite dubia cum aliquo transegerit, rata est transactio, nisi am-

---

q.1 27 Paulum LB, Paulus PD, pauum Z 28 l.] uel B[ac] ult.] vult. B

**q.2** 31 illicitis] d'. ZB 32 Contingit] Continet Z, Contigit D 33 Econtra] Contra Z 35 x.] di. D[ac] 37 in[2] *om.* P extra.] exe[a] P 38 licitis et illlicitis] li. ii. li. ZB 38 Constitutus] Constitus B 39 quas *om.* L 43 renuit L, re'nuit B, renuerit D, retinuit P[pc]Z 43 per omnia L, per actio B, pena Z, per[a'] D, persona P 44 hoc LZ, hic PB, hec D 45 conditione] ex *praem.* P xv. Q.vi.] xxv. q.v. D 45 Auctoritatem] Auctoritate LB, autem (āt) Z 46 In summa] Item in summa L 48 ff. LZ, *marg.* P, d' B, D' D procuratoribus] procurat̄ PLZ, procuratoris B, procurati D 48 Mandato] Madato Z

---

q.1 27 C.2 q.3 c.6, cf. lin. 14 28 C.1 q.1 c.128

**q.2** 30 *Item - transactio* Cf. Hon. *S. Decr.* ad C.1 q.1 c.124 in fine ('De hiis alias') 31 JL 14191; *App.* 28.3; 1 *Comp.* 1.27.2 (X 1.36.2) 32 JL 13868; *App.* 28.5; 1 *Comp.* 1.27.3 (X 1.36.3) 35-36 C.10 q.2 c.1 37-38 JL 13924; *App.* 28.2; 1 *Comp.* 1.26.4 (X 1.35.4) 38 JL 14103; *App.* 28.6; 1 *Comp.* 1.27.4 (X 1.36.4) 39 C.16 q.7 c.1 45 C.15 q.6 c.2 48 *Dig.* 3.3.60

bitiose uel causa amicitie transegerit, nam ita est de administratore ciuitatis, ut C. de transactionibus l. Preses. Item et id est dignum. Nota quia si quis per calumpniam intendit et transigit, eo reuelato nec cautum ex transactione soluitur et solutum repetitur; ubi uero non per calumpniam intendit, licet nullam causam habeat, cum credat se habere, et cautum soluitur et solutum non repetitur, ut ff. de condictione indebiti l. In summa. Item et id est notabile, quod si quis falsa instrumenta proferat et alius timore falsorum instrumentorum transigat et iuramento transactionem confirmauerit, probato falso transactio rescindetur, ut C. de transactionibus l. Si ex falsis.

---

q.2 50 causa] cause P administratore *emend. cum Cod.* 2.4.12, amministratione ZD, ammistratōe P, ammistratore L, ammistratione B 51 transactionibus] transac̄t L, transactio P, trans. ZB, transactis D 51 l.] uel L Preses LZD, Presens PB 53-55 et solutum - soluitur *om.* D 54 causam habeat B, eım̄ı habeat L, casu h'nt P, *om.* Z 55 solutum] soli *et lac.* P ff. PZ, d'. B, D' *subp. et marg. add.* D, I. L 55 condictione] conten. D 55-56 indebiti *scrips. cum Dig.* 12.6.65, in̄ P, Jn̄. Z, in D, tamen B, *om.* L 59 C.] i. *add.* B l. PL, *om.* Z[pc]BD, de Z[ac] Si] f. B

---

q.2 51 *Cod.* 2.4.12 55-56 *Dig.* 12.6.65 59 *Cod.* 2.4.42

# D.1 t.9 de sacramento calumpnie

**pr.** Pena temere litigantium metu sacramenti calumpnie solet precipue coerceri. De sacramento igitur calumpnie non inutile erit aliqua prelibare. Est autem calumpnia ex certa scientia petitio falsa uel repulsa. Lite ergo contestata iurabit actor animo calumpniandi litem non mouisse. Reus autem iurabit quod putans se bona instantia uti ad reluctandum uenerit. Iurabit uterque communiter mota lite nullam probationem exigi ab aduersario calumpniose et se nichil iudici uel alii promisisse uel dedisse exceptis aduocatis certisque personis quibus dari ex lege conceditur, ut xiiii. Q.v. Non sane.

**q.1** **Queritur** ergo, an in causis ecclesiasticis clerici prestare debeant iuramentum calumpnie.
**Et non uidetur**, nam clerici a sacramento calumpnie utroque iure sunt immunes, ut C. de episcopis et clericis, in extra. de sacramento calumpnie Inherentes. Immo clerici omnino non debent iurare, ut ii. Q.v. c.i., ii.
**Econtra** uidetur, nam generaliter dicitur in lege quod omnes principales persone habent iurare de calumpnia. Actor enim iurare nolens accusationem amittit, reus pro confesso habetur. Item etsi olim clericis indulta fuit huius sacramenti immunitas, hodie tamen est innouatum, ut in extra. de sacramento calumpnie Litteras, In pertractandis, Imperatorum, Peruenit, Constitutus.

---

**tit.** 3 *linearum spatium praem.* P fol. $55^{vb}$, De (iuramentis *del.* P$^{pc}$) sacramenta(!) calumpnie *marg.* P fol. $55^{vb}$, De sacramento calumpnie *in lin.* (*rubr.*) *et marg.* D fol. $8^{vb}$

---

**pr.** 4 actor LD, auctor PB, actio Z 5 instantia] instanticia P 9 xiiii.] xxiiii. D

**q.1** 10 clerici LBD, clericis P, *om. cum lac.* Z prestare] pare P 13 episcopis et clericis *scrips. cum Cod.* 1.3, ep̄ et cl'ı PD, episcopis clerici Z, ep̄ı et clerici B, *illeg.* L 14 c. *om.* (*ras.*) B$^{pc}$ 15 Econtra] Contra P, *illeg.* L 19 In pertractandis] inpet̄ndis Z 19-20 Imperatorum] Inperator PL 20 Peruenit] Prouenit Z, Prouentibus B, *post* Constitutus *tr.* D 20 Constitutus] Institutus Z

---

**pr.** 4-9 Cf. Hon. *S. Decr.* ad C.14 q.1 pr. (l. 21-26) 9 C.14 q.5 c.15

**q.1** 13 *Cod.* 1.3 13-14 JL 7401; *App.* 23.1; 1 *Comp.* 1.35.2 (X 2.7.1) 14 C.2 q.5 cc.1,4 (cf. Friedb. an. 9 et 14) 19 JL 9654; *App.* 23.2; 1 *Comp.* 1.35.3 (X 2.7.2) 19 JL 9506; *App.* 23.3; 1 *Comp.* 1.35.4 (X 2.7.3) 19-20 JL 9653; *App.* 23.4; 1 *Comp.* 1.35.5 (X 2.7.4) 20 JL 14532; *App.* 23.5; 1 *Comp.* 1.35.6 (X 2.7.5) JL 14963; *App.* 23.6; 1 *Comp.* 1.35.7 (X -)

**Solutio**: In causis criminalibus, forensibus uel ecclesiasticis, non habet locum hoc sacramentum, cum sufficiat actorem non probantem pena calumpniantis affici. Reus quoque hic non iurat, ne metu sacramenti contra se confiteri compellatur. Et hoc est uerum, si criminalis criminaliter intendatur; nam si ciuiliter uel in modum alicuius exceptionis, iuratur, ut C. de fide instrumentorum l. ult. In causis uero spiritualibus non prestatur hoc iuramentum, cum modo iure canonico hee cause uentilentur, nec ius canonicum indicit huiusmodi iuramentum, ut decreto Litteras, quo casu loquitur c. Inherentes. In causis uero ciuilibus ecclesiasticis prestari debet, ut c. Peruenit, Constitutus. Vbi uero causa uniuersitatis agitur, iuratur per yconomum. Set numquid in anima propria uel principalium iurabit yconomus? Resp.: In anima principalium, ut in extra. de sacramento calumpnie In pertractandis.

**q.2** **Item queritur**, si papa aliquem priuilegiauerit ne iuramentum calumpnie prestaret, an si aliquis contra ipsum agat iurare teneatur.

**Et non uidetur**. 'Quod enim quisque iuris in alterum statuerit' etc.; arg. di. ix. Neque, ff. Quod quis iuris, di. xcv. Esto, xxii. Q.v. De forma.

**Econtra**: Si esset immunis, ita quod istius fauore esset introductum, ad lesionem eius retorqueretur; at hoc de iure fieri non debet.

**Solutio**: Si ad preces cuiusquam hoc papa indulserit, si alter est immunis, et reliquus; ceterum si motu proprio, solus priuilegium allegans excusatur.

**q.3** **Item queritur**, an in causa appellationis sit iurandum de calumpnia, cum in causa principali fuit iuratum.

**Et non uidetur**, quia eadem est causa et iuratur ad totam litem, unde iterato iurare non cogitur. Quod eadem sit causa certum est, ut xxxi.

---

q.1 26 instrumentorum *scrips. cum Cod.* 4.21.22, inst.[v] P, instru. L, instrumenti. Z, instrumentis B, instrumentum D 26 l. *om.* ZB ult. *om. cum lac.* Z 29 ut decreto Litteras *om.* Z 30 Peruenit] Peruenerit D

**q.2** 38 Neque] prestet *add.* D ff.] d'. B, D'. D, de iudic. *add.* L iuris] uerus D 38 xcv.] x. et c̄ v. D[ac], xc̄v. D[pc] 41 Solutio] -olutio Z Si[1]] S P alter] aliter P

**q.3** 46 est *om.* PD

---

q.1 21-34 Cf. Hon. *S. Decr.* ad C.14 q.1 pr. (l. 28-44) 26 *Cod.* 4.21.22 29 JL 9654; *App.* 23.2; 1 *Comp.* 1.35.3 (X 2.7.2) 29 JL 7401; *App.* 23.1; 1 *Comp.* 1.35.2 (X 2.7.1) 30 JL 14532; *App.* 23.5; 1 *Comp.* 1.35.6 (X 2.7.5) 31 JL 14963; *App.* 23.6; 1 *Comp.* 1.35.7 (X -) 33-34 JL 9506; *App.* 23.3; 1 *Comp.* 1.35.4 (X 2.7.3)

**q.2** 37 *Quod - statuerit* est incipit *Dig.* 2.2 38 D.9 c.10 *Dig.* 2.2 ('Quod quisque iuris' ed. Krüger) 38 D.95 c.7; C.22 q.5 c.18

**q.3** 47-48 C.31 q.2 c.4

Q.ii. Lotharius in fine, in ii. Q.vi. Quotiens, iii. Q.vii. § Tria, C. de temporibus appellationum l. Per hanc.

**Econtra** uidetur, quod diuersa sunt iudicia, ar. iii. Q.iii. § Spatium, vi. Q.iiii. Osius, in extra. de testibus Fraternitatis, C. de appellationibus l. Eos § Si quis autem, C. de petitione hereditatis l. Hereditatis matertere.

**Solutio**: Verius est quod in hoc casu iurare non teneatur.

**q.4** **Item queritur**, si non exacto iuramento de calumpnia sententia prolata fuerit, utrum uim rei iudicate obtinere debeat.

**Et non uidetur**, quia sententia prolata contra iuris ordinem rei iudicate auctoritatem non obtinet, ut C. de sententiis l. Prolatam.

**Econtra**: Quia omissis aliis iuris remediis lata sententia tenet, quia omissa inscriptione et aliis huiusmodi.

**Solutio**: Quibusdam uidetur quod teneat, aliis contra.

**q.5** **Item queritur**, si pretextu huius iuramenti teneatur is qui induxit testes respondere, an testes sint corrupti uel alias notati. Queri potest.

Item queritur, an patre defuncto qui iurauit de calumpnia filius iurare teneatur. Queri potest. Item queritur, qualiter sit intelligendum quod dicitur periurum numquam ad iurandum esse admittendum, ut xxii. Q.v. Paruuli, cum alias dicatur quemlibet infamem, ubi iniuriam suam prosequitur, ut ii. Q.i. Prohibentur, similiter in ciuilibus, ut iii. Q.vii. §

---

q.3 48 Lotharius] Lotarius B in fine] infra B, *om.* L in² *om.* LZB vi.] ii. Z 48 vii. ZB] vi. PLD C.] xvi. di. neō librum *add.* Z 49 temporibus L *et Cod.* 7.63.4, tempori PD, temporis Z, ipsa B 49 appellationum *scrips. cum Cod.* 7.63.4, ap(p)ll'. PLD, appellatio ZB 50 Econtra] Contra D Spatium] in pactum D 50-51 vi. Q.iiii L, vi. Q.iii. PD, Q. vi. iii. ZB 51 Osius PLD, as(i Z) uis ZB 51 Fraternitatis] Fr'inatis B de] dum *add.* ZB 52 hereditatis] h'rD'. P, hered'. D, hredi. Z[pc], ht̄. L, hoc idem B 52 matertere] materte B 53 iurare] iure P

**q.4** 54 queritur *om.* D 56 quia *om.* PD 57 auctoritatem ZBD, auctoritate P, auct̄ L 57 Prolatam] Prolata Z 58 Econtra] Contra P

**q.5** 61 queritur] quam Z is ZBD, his P, quis L 67 ubi B[pc], nisi PZB[ac], *om.* L, u[1] D 68 Prohibentur] Prohibetur Z

---

q.3 48 C.2 q.6 c.16; C.3 q.7 p.c.1 48-49 *Cod.* 7.63.4 50 C.3 q.3 p.c.4 50-51 C.6 q.4 c.7 51 JL 14066; *App.* 8.12; 1 *Comp.* 2.13.17 (X 2.20.17) 51-52 *Cod.* 7.62.6.2 52 *Cod.* 3.31.3

**q.4** 57 *Cod.* 7.45.4

**q.5** 61-63 Cf. Hon. *S. Decr.* ad C.14 q.1 pr. (lin. 44-46) 66-67 C.22 q.5 c.14 67-68 *ubi - prosequitur* cf. Hon. *S. Decr.* ad C.2 q.7 pr. (lin. 7-8) 68 C.2 q.1 c.14 68-69 C.3 q.7 p.c.1

Tria, posse agere. At nemo in ciuilibus agens uel in criminalibus ciuiliter intentatis admittitur nisi premisso iuramento calumpnie, cum etiam ita ex delicto melioris efficeretur conditionis, quod fieri non debet. Quid ergo?

**Solutio**: A sacramento calumpnie quod est honoris numquam periurus excusatur. Ceterum a sacramento testificationis uel taxationis quod est honoris repellitur, quo casu loquitur c. Paruuli.

---

q.5 75 C.22 q.5 c.14

# D.1 t.10 de iuramentis

**pr.** Premisso de iuramento calumpnie ratione connexionis quedam de iuramentis latius annectamus. Sciendum ergo est quoniam triplex est iuramentum: Nam aliud est uoluntarium, quod scilicet pars parti extra iudicium defert, quod nec subire nec referre aliquis necesse habet. Aliud necessarium dicitur, quod pars parti defert in iudicio iudice approbante, quod is quidem cui defertur necesse habet subire uel referre preterquam in quibusdam casibus, puta ubi fideicommissarius defert sacramentum heredi, quo casu ab herede iurabitur nec refertur, cum alioquin de facto alieno fideicommissarius iurare cogeretur, ut Inst. de fideicommissariis hereditatibus. Item si furi defertur, ab eo non refertur. Idem est in rebus amotis. Hodie tamen recusari potest allegata iusta causa, ut C. de iuramentis l. Generaliter. Aliud iudiciale quod iudex scilicet defert, set non refertur. Recusari tamen potest, ut C. de iuramentis l. Generaliter. Hoc autem interest inter iuramentum iudiciale et necessarium, quia iudiciali interposito, si pars aduersa dicat se noua instrumenta inuenisse, ex integro causa agitabitur, etiam si alter erat absolutus; contra si necessarium esset interpositum, ut ff. de iuramentis l. Admonendi.

**q.1** **Queritur** ergo de creditore qui debitori suo pecuniam creditam neganti defert iuramentum, an peccet.

**Et uidetur**, quia nouit eum peieraturum, ergo eius periurio consentit, ergo mortaliter delinquit, quia qui potest peruersos turbare et non facit

---

**tit.** 3 *linearum spatium praem.* P fol. $56^{ra}$, De iuramentis *marg.* P fol. $56^{ra}$, De iuramento *supra in lin.* (*rubr.*) D fol. $8^{rb}$

---

**pr.** 1 connexionis] connextionis(!) P 6 quod is quidem B, quod quidem is D, quod que is P, quod quando L, qui is quidem Z 6 uel *om.* P 7 preterquam] propterquam P 7 quibusdam] quibus P 7-9 defert ... nec referretur ... <d>e facto alieno fidei <com>missarius *marg.* P 9 Inst. PD, inst'it. Z, in Instit'. B, J test'. L 12 C. de iuramentis *emend.*, C. ~~de iuram̄~~ P, c. e. LBD, c. eı. Z 13 refertur ZBD, defertur P, refert L 14 iuramentis ZBD, iuram̄ P, iuramento L l. *om.* L 17 ff.] D'. D 18 iuramentis LZB, ıur̄ P, iuris D Admonendi PLD, Ammouendum (am̄ud'. B) ZB

**q.1** 19 Queritur] Item *praem.* LZ de creditore] deditore(!) $P^{pc}$ 20 defert LD] deferat ZB, desunt P 22 peruersos ZBD, diuersos P, peruersa L

---

**pr.** 9-10 *Inst.* 2.23 in fine 12 *Cod.* 4.1.12 ('De rebus creditis et de iureiurando' ed. Krüger) 13-14 *Cod.* 4.1.12 17-18 *Dig.* 12.2.31 ('De iureiurando' ed. Krüger)

pari culpa tenetur, ut di. lxxxiii. c. ii., iii. etc. Item compellit fratrem ad peierandum, ergo 'uincit homicidam', ut xxii. Q.v. Ille.

**Econtra** uidetur, quia hoc remedium generaliter est a lege indultum, nec debitor de iure repelli potest si uelit iurare, nec ergo creditor deferens de iure a delatione iuramenti potest prohiberi. Item si hoc iuramentum tenetur in hoc casu remittere, a simili iuramentum de calumpnia, ex quo scit eum calumpnia uelle uti.

**Solutio**: Placet quibusdam eum non delinquere, cum de iure uideatur excusari. Aliis uidetur quod deferri possit, ut metu iuramenti pauescens inducatur ad solutionem. Ceterum si iurare uelit, non debet creditor consentire, et hoc secundum G., quia satius est debitum remittere.

**q.2** **Item queritur** de iudice deferente iuramentum purgationis ei quem nouit criminosum, an delinquat.

**Et uidetur**, quia potest eum a peccato cohibere et non facit, ergo mortaliter delinquit.

**Econtra**: Si eum relinquit, non quiescet eius infamia et ita erit ipse auctor scandali. Item lex in hoc casu neganti cuius fama laborat indicit necessitatem purgandi, ergo lex indicit, non iudex defert, arg. xxxiii. Q.ii. Quos Deus, arg. de con. di. ii. Non prohibeat, xxiii. Q.v. Officia, Miles.

**Solutio**: Si potest sedare eius infamiam absque iuramento, debet. Sin autem, debet eum in secreto adiurare ut non ministret, arg. xxxiii. di. Habuisse. Si nolit acquiescere, sibi relinqui debet et iurare. Secundum Alb. debet eum iudex ad alium iudicem qui non est conscius purgandum transmittere.

---

q.1 23 pari] parti P di.] ff. *marg.* B ii.] et *add.* D etc.] libro nono de priuatis carceribus inhibendis l. Iubemus (Cod. 9.5.1) *add.* B 24 v.] i. Z 26 creditor] debitor P 27 potest *dupl.* P si *om.* P 30 Solutio] Sic P quibusdam] quibus P 30 non *om.* P delinquere] relinquere P 31 deferri LD, deferre PB, delinqui Z 33 remittere] remitteretur P

**q.2** 35 delinquat ZB, delinquit PD, *illeg.* L 40 purgandi ZBD, peccandi P, *illeg.* L 40 arg. *om.* Z 41 de] D'. D prohibeat] perhibeat B xxiii. $PZ^{ac}BD$, xiii. $Z^{pc}$, *illeg.* L 41 Officia] si officia Z 43 xxxiii. di.], di. xxxiii. *tr.* D 44 relinqui LBD, reliqui P, delinqui Z 45 Alb.] alb'. PL, Albericum ZB, alios D 45-46 purgandum LD, purgatum PZB 46 transmittere $L^{pc}ZB$, -ransmittere P, remittere $L^{ac}$, committere D

---

q.1 23 D.83 cc.2-5 24 C.22 q.5 c.5 33 *G.* non invenimus

**q.2** 40-41 C.33 q.2 c.18 41 *De cons.* D.2 c.67; C.23 q.5 cc.16,13 43-44 D.33 c.7 45 *Alb.* non invenimus; in *S. Decr.* est vel Albericus vel Albertus, cf. Magistri Honorii Summa 'De iure canonico tractaturus', edd. Landau/Kozur, tom. II, p. XXXVII

**q.3** **Item queritur**, utrum omne iuramentum, ubi id quod iuratur est illicitum, sit soluendum.

**Et uidetur**, ut xxii. Q.iiii. c. i., ii., iii. etc.

**Econtra** uidetur, quia mulier, si non seruat fidem adultero, puta ad alium declinando, delinquit, ut xxii. Q.iiii. Mulier, ergo ex hac fide adultero obligatur, ergo si hanc fidem soluat, delinquit. Item Iosue firmauit pacem contra preceptum Domini cum Gabaonitis, quia Dominus precepit eos occidi, et comperto dolo eorum noluit reuocare pacem propter iuramentum, ut xxii. Q.iiii. Innocens; hoc iuramentum fuit illicitum ex se, quia contra preceptum Domini, et tamen non est solutum. Non ergo generale est quod omne iuramentum ex se illicitum sit soluendum. Item propter tale iuramentum aut debet eis parcere aut non. Si non, quid est ergo quod dicitur? Si debuit, ergo pari ratione, si Dominus prohibuisset eos occidi et iurasset quod occideret, teneretur, ergo et precepto et prohibitioni preponderat iuramentum, et hoc absurdum.

**Solutio**: Dicimus quod adultera tali fide obligatur magis ad penam quam ad perseuerantiam, obligatur ergo ad non faciendum, ne scilicet adhereat secundo, nec tamen est concedendum quod ratione iuramenti obligabatur primo. Vel dici potest quod nullo obligatur nec peccat accedendo ad secundum ratione transgressionis, set ratione delicti intentionis. De Iosue dici potest quod eius iuramentum fuit licitum, cui paruit simul et precepto, nam preceptum erat quod occideret. Occidit itaque morte ciuili, cum eos dampnauit ad secanda ligna et huiusmodi; iurauit quod non occideret nec occidit naturali morte. Sic ergo aliud precepit Dominus et aliud iurauit. Vel dicatur quod in iurando excusabatur facti ignorantia, in seruando iusiurandum post scientiam diuina uoluntate contraria, nam Dominus mandauit in contrarium.

---

**q.3** 48 soluendum] soluuendum P 49 iiii.] iii. D 50 Econtra] Contra D 50 adultero] adulterio P 51 iiii.] iii. D 51-53 ergo ex *ras. et* ergo - contra *marg. add.* P 53 Gabaonitis] Gab'onites P 55 iiii.] iii. P 57 ex se illicitum LD, quod fuit illicitum B, *om.* PZ 58 sit - iuramentum *marg.* P 59 quod] et *add.* P 60 teneretur ZBD, tenetereture(!) P, tenetur L 63 Dicimus *om.* PD 63 adultera LZB, adulteria P, adulterata D 65 secundo] secunda P 68 licitum] illicitum P 69 erat *om.* P 70-72 et huiusmodi - iurauit *marg.* P 71 aliud *om.* P 72 in iurando LD, iurando P, in iuramento ZB 73 iusiurandum] iusiurarandum $P^{pc}$, iusiurarando $P^{ac}$

---

**q.3** 49 C.22 q.4 cc.1-23 51 C.22 q.4 c.21 52 Ios. 9 55 C.22 q.4 c.23 70 *secanda ligna* in Ios. 9.21

**q.4** **Item queritur**, an omne iuramentum licitum sit obseruandum. **Et uidetur**, arg. xxii. Q.i. c. ii. et iii.

**Econtra** uidetur, nam si aliquis deprehensus cum adultera iuret se numquam cogniturum eam et postea cum ea contraxerit, necesse habet eam cognoscere. At licitum erat quod iurauit nec adimplet quod iurauit. Nec tamen uerum est quod cognoscendo peccet, nam non obstante hoc iuramento tenetur cognoscere ad instar simplicis uoti, ut xxvii. di. Si uir.

**Solutio**: Dici potest in omni casu iusiurandum licitum seruandum esse preterquam ubi fortius superuenit cuius gratia ex necessitate soluitur iusiurandum. Item omne iusiurandum etiam illicitum est seruandum preterquam ubi id quod iuratur est illicitum, nam ubi id quod iuratur est licitum, licet id iurare sit illicitum, sicut est iurare non promoueri, sicut est iurare non ieiunare sexta feria et huiusmodi, nichilominus est obseruandum, ut di. lxxxv. Florentinum.

---

**q.4** 76 arg.] di. B c.] Q. P ii. et iii.] i. ii. iii. L 77 adultera LZB, adulteria P$^{pc}$, ad *add.* P$^{ac}$, adulterio D 81 xxvii. di.] di. xxvii. *tr.* L 82 uir LD, u$^{1}$ ZB, uero P 85 etiam LD, J etiam P, *om.* ZB 87 licitum L$^{pc}$B, illicitum PL$^{ac}$ZD licet - illicitum *om.* LZ 87 illicitum B$^{pc}$, licitum PB$^{ac}$D 88 feria] facta P 89 Florentinum L, Florentīī PZBD

---

**q.4** 76 C.22 q.1 cc.2,3 81-82 D.27 c.3 89 D.85 c.1

# D.1 t.11 de accusationibus

**q.1** **Queritur**, si accusatione sine inscriptione instituta clericus sit conuictus super crimine, utrum debeat deponi.

**Et non uidetur**, quod non est legitime conuictus, quia inscriptio de iure debet fieri, ut ii. Q.viii. c. i., ii., iii., ergo ea omissa de iure non est actum, ergo de iure non est conuictus. Item talio accusanti non irrogatur deficienti, nisi inscripserit, nam ad hoc fit inscriptio, ne impune possit desistere uel deficere. Vnde uidetur quod omissa inscriptione impune possit desistere, et si hoc est uerum, ergo talio irrogari non debet, ubi omittitur inscriptio. Set eadem pena et non alia irrogatur conuicto que deficienti, ut ii. Q.iii. c. i., ii., iii. etc. Nulla irrogatur deficienti, nec ergo aliqua debet irrogari conuicto.

**Econtra**: Non minus oritur scandalum, si conuincatur legitimis testibus omissa inscriptione, quam si premissa esset inscriptio. Set solum scandalum sufficit ad depositionem, ut di. l. De hiis, ii. Q.v. Si mala; ergo et iste debet deponi. Item si quis uocatus in causam ante inscriptionem in iure confiteretur, nonne posset deponi? Vtique. Ergo patet inscriptionem non esse de substantia accusationis. Item de generali consuetudine hodie in curia Romana etiam alias intenduntur crimina absque inscriptione.

**Solutio**: Quibusdam perperam placet inscriptionem esse de substantia accusationis adeo, ut quicquid ea omissa agitur ipso iure irritum censeatur. S. contra, et hoc melius. Dicit enim eam esse utilem, non necessariam, cum si esset de substantia in nullo prorsus casu posset omitti;

---

**tit.** 4 *linearum et unius columnae spatium praem.* P fol. 56$^{rb}$ et 56$^{va}$, De accusationibus et inscriptionibus *marg.* P fol. 56$^{vb}$, De clericorum accusatore *in lin.* (*rubr.*) *et* De accusationibus *marg.* D fol. 9$^{rb}$

---

**q.1** 4 viii.] iiii. Z i. Z$^{pc}$, ii. Z$^{ac}$ 7-8 uel - desistere *marg.* P 8 est] et P 10 iii. *om.* ZB 14 v.] iiii. L 16-17 in - inscriptionem *marg.* P 17 accusationis LD, *om.* PZB, adeo ut quicquid ea *add.* D (*cf. lin.* 21) 20 perperam placet] properam placet PD, placet perperam ZB, placet L 22 S. contra PL, S$^{o}$ contra D, alii sunt contra ZB 23 cum L, cui PD, quia ZB

---

**q.1** 4 C.2 q.8 cc.1-3 10 C.2 q.3 cc.1-8 14 D.50 c.34 14-15 C.2 q.5 c.16 22 *S.* non invenimus

omittitur autem in pluribus casibus, ut iiii. Q.iiii. § Aliquando. Nec ideo minus irrogatur talio, etsi omittatur inscriptio, cum quattuor modis irrogetur: re, spe, genere, fustigatione.

**q.2** **Item queritur**, si clericus conuictus in modum exceptionis super crimine obiecto possit deponi.

**Et non uidetur**, nam alias non punitur, nisi quatenus a testimonio repellitur, ut in extra. de testibus Porro. Item si depositus sit in foro ecclesiastico, non haberetur pro conuicto in seculari, ut in Aut. de sanctissimis episcopis § Si uero crimen, in extra. de depositione clericorum At si clerici.

**Econtra**: De crimine constat legitime, quia legitimis testibus conuictus est, ergo deponi potest. Item si in foro seculari conuinceretur, haberetur pro conuicto, ut ii. Q.i. Multi, xi. Q.i. Inolita, Placuit. Item si in foro hereticorum conuinceretur, pro conuicto haberetur, ut xxiiii. Q.i. Subdiaconus, longe fortius pro conuicto haberetur, cum in foro ecclesiastico conuincitur.

**Solutio**: Deponi non debet. Si tamen mala fama propter huiusmodi conuinctionem de eo crebrescat, propter scandalum potest cogi ad purgationem, in qua si deficiat ut actor secularis forte puniri poterit, ut in extra. de simonia De hoc autem. Nec obloquitur illa decretalis, nam in illo casu intelligitur quando scandalum non oritur. Vel alias non punietur, ut ibi dicitur, intellige quoad penam directam et principalem. Istud uero capitulum 'Multi' intelligitur dictum in persona secularium et ecclesiasticorum iudicum, ut quod dicitur de foro seculari ad seculares, quod de ecclesiastico ad ecclesiasticum iudicem referatur. Vel dicatur conuictum in iudicio, idest in crimine siue seculari siue ecclesiastico, idest siue sit tale cuius examinatio principaliter pertinet ad

---

q.1 24 Aliquando] Alioquin P (p. *praem.* P[ac])

**q.2** 27-28 Item - obiecto *marg.* P 30 testibus] testi *et lac.* Z Item] Idem *praem.* P 32 crimen] crimine ZB clericorum Z, cl'i. PLD, cl'ici B, et in extra. de iudīc. clerici *add.* L 33 At si] Ac si P 36 Multi] Mulcti Z Inolita] Insolita B 37 Q.i.] Q° *subp.* P, Queritur D 43 simonia] sim̄. P, simo. L, simoniacis ZB, si uidetur D 44 in *om.* P 49 in² *om.* P

---

q.1 24 C.4 q.4 p.c.2 §1 26 re - fustigatione cf. Hon. *S. Decr.* ad C.2 q.3 pr.

**q.2** 30 JL 14156; *App.* 8.6; 1 *Comp.* 2.13.13 (X -) 31-32 *Nov.* 123.21.1 32-33 JL 14091; *App.* 26.4; 1 *Comp.* 2.1.6 (X 2.1.4) 36 C.2 q.1 c.18; C.11 q.1 cc.42,43 37-38 C.24 q.1 c.39 43 JL 14110; *App.* 2.13; 1 *Comp.* 5.2.10 (X 5.3.11) 46 C.2 q.1 c.18

iudicem secularem, puta furtum, siue sit tale cuius examinatio pertinet ad ecclesiasticum, puta adulterium, dum tamen in foro ecclesiastico; et arg. habes xi. Q.i. § Ex hiis omnibus. Illa capitula uero intelligenda sunt ita quod sententia teneat non propter sui momentum, set in odium delinquentium.

**q.3** **Item queritur**, utrum criminosi contra prelatos admittantur in exceptis criminibus.

**Et uidetur**, quod admittantur in crimine maiestatis, ut ii. Q.i. Imprimis in fine. Item in crimine hereseos, ut ii. Q.vii. Oues, quod capitulum determinat Gratianus de criminosis. Item in crimine simonie, ut di. lxxix. Si quis papa, xv. Q.iii. Sane.

**Econtra** non uidetur debere admitti in crimine maiestatis, ut ex fine illius capituli Imprimis potest perpendi secundum quod illud solet legi. Item nec in crimine simonie, ut ii. Q.vii. Accusatio, ubi dicitur quod Dominus nonnisi per se ipsum eiecit uendentes de templo ut per hoc innueret nonnisi per legitimos accusatores etiam simoniacos esse ab ecclesia pellendos. Item nec in crimine hereseos, ut ii. Q.vii. Paulus.

**Solutio**: Dici potest secundum canones in nullo casu admittendos, 'nisi ubi suam uel suorum iniuriam prosequuntur', nam nec optimi laici hodie alias admittuntur contra prelatos, ut in extra. de testibus De cetero. Set hac ratione eos, criminosos scilicet, uidetur posse admitti in crimine hereseos, nam hoc est iniuriam suam prosequi. Et hec causa est generalis et eque ad quemlibet spectat, ut xcvi. Vbinam. Si ergo generaliter admittitur ubi suam iniuriam prosequuntur, ergo et hac ratione in crimine hereseos admitteretur. Sic et in crimine simonie in uno casu, puta ubi aliquis emisset ecclesiam cuius parochiani etiam

---

q.2 53 xi. ZB, x. PL, xv. D uero LD, uerō $P^{ac}$, *om.* $P^{pc}$B, *post* Ex his (*lin.* 53) *tr.* Z

**q.3** 56-57 in exceptis] inceptis P 58 maiestatis LZD, maiestatatis P, magestatis B 59 vii.] vi. ZBD 60 Gratianus] Gra. D, $G^{a}$ P, G. LZB simonie LZD, de simonia B, *om.* P 60 ut di.] ii. *praem.* Z lxxix.] lxxx. P 61 papa] papam B 61 xv.] vxv. $P^{ac}$ 64 Accusatio] Acētt̄o L 67 nec] si *praem.* P vii.] iii. Z 73 xcvi.] xciii. $P^{ac}$, xvi. d' Z, xxvi. d'. B 74 ubi] nisi P

---

q.2 53 C.11 q.1 p.c.30

**q.3** 58-59 C.2 q.1 c.7 in fine 59 C.2 q.7 c.13 60-61 D.79 c.2 61 C.15 q.3 c.4 62-63 C.2 q.1 c.7 in fine 64 C.2 q.7 c.15 65 *eiecit - templo* cf. Matth. 21.12-17, Marc. 11.15-19, Luc. 19.45-48 et Joan. 2.13-16 67 C.2 q.7 c.33 70-71 JL 14091; *App.* 8.8; 1 *Comp.* 2.13.14 (X 2.20.14) 73 D.96 c.4

criminosi utpote suam iniuriam prosequentes hac ratione contra ipsum ementem possunt admitti. Item expressius, si id unde Petrus a Paulo fuit reprehensus fuit heresis, scilicet quod gentes circumcidebat, manifestum est et Paulum fuisse hereticum qui similiter Thimotheum circumcidit, unde manifestum est a criminoso prelatum posse accusari. Vnde satis concedi potest papam a criminoso super crimine hereseos posse accusari, si non sit alius qui uelit accusare, cum alioquin uniuersalem ecclesiam sua heresi posset inficere, quod de aliis prelatis concedi non debet, cum non timeatur aliorum lapsus ex heresi alterius prelati. Et licet alias criminosi admittantur ubi suam uel suorum etc., hic tamen non admittuntur, licet etiam quodam modo hic suam etc.; nam aliud est ubi suam propriam iniuriam prosequuntur, aliud ubi communem, que etiam per alios potest expediri. Set quid, si non adsint alii? Nec tunc. Set numquid in crimine simonie in premisso casu? Resp.: Nequaquam. Laici tamen in hoc casu et in crimine hereseos bene possunt admitti. Set numquid irregulares non criminosi? Resp.: Sic. Set numquid infames non criminosi tamen? Resp.: Placet quibusdam posse, aliis secus.

**q.4** **Item queritur**, an omnis criminosus admittatur, ubi suam iniuriam prosequitur.

**Et uidetur**, ut ii. Q.i. Prohibentur.

**Econtra** uidetur, quod non excommunicatus, quia non habet personam standi in iudicio, ut iiii. Q.i. c. i. Item in casu non concesso ei communicaretur, quia nusquam a iure expresso, unde taliter communicans contraheret maculam, ut xi. Q.iii. Cum excommunicato. Item hereticus non, nam et ipse excommunicatus est, ut xxiiii. Q.i. c. i., ii., iii., Que di-

---

q.3 79 fuit reprehensus fuit heresis Z, reprehensus fuit fuit (ſu$^{l}$) heresis D, fuit reprehensus heresis LB, reprehensus fuerit heresis P 81 unde] uerum P 81-82 prelatum - criminoso] <pre>latum … papa a criminoso *marg.* P 82 papam] papa P 83 accusari - uelit *om.* P 86 ubi] uel (u$^{l}$) $P^{pc}$, ut $P^{ac}$ 88 iniuriam *om.* P 92 irregulares BD, *marg.* P, inregulares Z, regulares L 92-93 Resp. - tamen *om.* Z 93 numquid LBD, numquam P non] tī $P^{pc}$

**q.4** 95 ubi ZBD, nisi P, ut L 97 Et] ut *praem.* $L^{ac}$ i. *om.* B Prohibentur] Prohibeatur P 98 Econtra] Contra P 99 c.] § L 101 iii.] iiii. Z 102 xxiiii.] xxiii. D Que] Qui D

---

q.3 78-81 *si id - circumcidit* cf. Galat. 2.11 et Act. 16.1-3; Hon. *S. Decr. ad* C.2 q.7 c.33 86 *suam - suorum* cf. JL 14091; *App.* 8.8; 1 *Comp.* 2.13.14 (X 2.20.14)

**q.4** 97 C.2 q.1 c.14 99 C.4 q.1 c.1 101 C.11 q.3 c.18 102 C.24 q.1 cc.1-3,26

gnior. Item si accusator in primo capitulo deficit, non admittitur ad sequens, etiam si tale sit quod propriam iniuriam tangat, licet in eo casu ipsius filii possunt audiri, ut ff. de accusationibus l. Si cui § Hiisdem. Non ergo generale est quod quiuis criminosus uel infamis admittatur.

**Solutio**: Verum est de excommunicato, item de heretico. Item de eo qui in primo capitulo deficit, qui ad iniuriam suam prosequendam non admittitur. Set quid de Iudeo uel gentili? Resp.: Isti admittuntur, licet quodammodo heretici reputentur, nam et alias et ciuiliter conueniunt et conueniuntur, ut in extra. ex concilio Romano Iudei, nec adeo sunt odiosi quemadmodum qui baptizati in heresim labuntur.

**q.5** **Item queritur**, utrum papa super alio crimine quam heresi possit accusari.

**Et non uidetur**, ut di. xl. Si papa. Item prima sedes non iudicatur a quoquam, ut ix. Q.iii. Nemo, Aliorum, Cuncta.

**Econtra** uidetur, nam exemplo cuiuslibet praue actionis alios corrumpit et 'tot mortibus dignus est quot ad subditos' etc., ut xi. Q.iii. Precipue. Item par est a fide exorbitare et alios exemplo praue actionis ad exorbitandum inuitare, ut ii. Q.vii. § Item Paulus.

**Solutio**: Quibusdam placet non posse. Secundum G. super quolibet notorio potest accusari propter premissam rationem. Et hec est differentia secundum G., quod super heresi occulta potest accusari, super alio crimine nequaquam, nisi sit notorium. Set obicitur: Si est notorium, ergo

---

q.4 105 ff.] D'. B, D'. *in lin. del. et marg. add.* D accusationibus] accusati. B, accusat̄. Z, accusat. L, accus. D, accusatum P 105 l.] et L cui] qui D Hiisdem] His d'ec$^{e}$cis B, in illud L 106 quiuis] quisquis P$^{ac}$, quis P$^{pc}$ 107 de$^{2}$ *om.* P 107 Item$^{2}$] Idem P 111 ex *om.* L Romano *om.* Z Iudei] Iudi D 112 quemadmodum LD, quem a d'm P, quoad deum Z, quo ad deum B

**q.5** 115 non uidetur] uidetur non *tr.* B ut] a *praem.* P$^{ac}$ xl.] l. ZB 116 ix.] xi. D 121-122 notorio] notario P 122-123 propter - accusari] <propter pre>missam … <differen>tia … <heres>i … accusari *marg.* P 124 notorium$^{1+2}$] notarium P

---

q.4 105 *Dig.* 48.2.7.2 ('Isdem criminibus' ed. Krüger) 111 3 *Conc. Lat.* c.26; 1 *Comp.* 5.5.5 (X 2.20.21)

**q.5** 115 D.40 c.6 116 C.9 q.3 cc.13,14,17 118 *tot - subditos* in C.11 q.3 c.3 118-119 C.11 q.3 c.3 120 C.2 q.7 c.43 121,123 *G.* non invenimus, cf. Hon. *S. Decr.* ad D.17 p.c.6

super eo accusari non potest, cum ita ordo seruaretur, qui in notoriis seruari non debet. Resp.: Magis est contra iuris ordine quod papa super aliquo crimine accusatur quam quod ordo iuris in peccato notorio pape obseruatur.

**q.6** **Item queritur**, utrum papa super noua heresi possit accusari. **Et non uidetur**, quia eius est questionem fidei terminare, ut xxiiii. Q.i. Quotiens. At eius sententia generalis est et necessaria et similium fata causarum componens, ut di. xvii. Nec licuit, unde quicquid sentit circa nouum articulum fidei autenticum debet haberi. Item de heresi dampnata tunc demum potest accusari, cum incorrigibilis est post trinam admonitionem, ut xxiiii. Q.iii. Dicit Apostolus.

**Econtra**: Non eo ipso quod sic sentit autenticum debet haberi, nisi per probabiles rationes constet, ut di. ix. Ego, nam si ipse aliter quam ueritas exigit legerit, pre ceteris erit erroris magister, ut ii. Q.vii. Nos si. Item totus grex inficietur, 'si languor non fuerit curatus in capite', ut ii. Q.vii. Sicut, di. lxi. Miramur.

**Solutio**: Quibusdam placet eum dumtaxat super heresi dampnata posse accusari, super noua nequaquam. Aliis uidetur super noua posse accusari tunc demum, si a concilio fuerit reprobata eius opinio, contra quam si nitatur merito poterit accussari, cum maioris uideatur auctoritatis uniuersalis ecclesia quam papa. Et secundum eos hec est differentia quod super dampnata passim, super noua tunc demum cum eius sententia per concilium fuerit improbata, et hoc uidetur uerius. Aliis placet etiam passim super noua posse accusari, quod tamen non uidetur, cum ex hoc sequeretur eius commonitionem passim pro heresi noua posse uitari, quod tantum de dampnata uidetur sane posse dici, etiam notoria, pro qua etiam, ut quibusdam placet, inferiores prelati non possent uitari,

---

q.5 125 notoriis] notariis P 127 aliquo] alio Z, etiam *add.* P accusatur] accatur P, accusetur B 127 notorio] notario P

**q.6** 132 xvii.] xii. L 135 ut xxiiii. - Apostolus] ut xxiiii. Q.iii. Dicit (Dixit *Friedb.*) Apostolus L, ut xxiiii Q. iii. (di. *add.* B) Dicit ZB, ut in extra iii. Q.iii. (Q.iiii. D[ac]) Dicit PD 136-137 sentit - ut] <senti>t auctentius debet <haberi> nisi … <ratione>s constet ut *marg.* P 137 ix. *illeg.* L Ego] Ergo Z 140 di. lxi. *illeg.* L 138 vii.] iii. Z 139 languor ZD, langor PB, *illeg.* L 143 a concilio fuerit L] afuerit concilio P, a quoquam fuerit ZB, a quo fuit D 149 commonitionem L, 9cō ınē P, coniıīcem D, communionem Z, *om.* B 150 notoria] notaria P, notoriam Z 151 inferiores] inferioris P

---

**q.6** 129-154 Cf. Hon. *S. Decr.* ad D.40 c.6 (lin. 5-12) 130-131 C.24 q.1 c.12 132 D.17 c.4 135 C.24 q.3 c.29 137 D.9 c.5 138 C.2 q.7 c.41 139 *si - capite* in C.2 q.7 c.46 139-140 C.2 q.7 c.46 140 D.61 c.5

donec per superiorem essent denunciati, arg. viii. Q.iiii. Nonne, licet arg. contrarium uideatur xv. Q.vi. Iuratos, di. xxxii. Nullus. De his et similibus alias latius.

**q.7** **Item queritur**, an suas iniurias prosequens in omni casu admitti debeat circumscriptis contrapositis exceptionibus.

**Et uidetur**, ut ii. Q.i. Prohibentur.

**Econtra** uidetur, quod in nullo casu admitti debeat, quia inimicitie post quas non interuenit reconciliatio accusationem impediunt et testimonium, ut ii. Q.vii. Si qui sunt, iii. Q.v. Suspectos, Nullus. Set qui crimine iniuriarum alium impetit est ipsius inimicus, igitur ad iniurias prosequendas admitti non debet.

**Solutio**: In ea causa pro qua sunt orte inimicicie audiri potest, in aliis autem minime, nisi interuenerit reconciliatio.

**q.8** **Item queritur**, utrum socii criminis et participes contra socios admitti ualeant.

**Et non uidetur**, nam tales repelluntur, ut iiii. Q.iii. § Item in criminali, ibi 'Item liberi testes' etc. Item eo ipso quod confiterentur se participes infames fierent; at secundum canones, ut supra dictum est, infames in nullo casu admittuntur nisi ubi suam uel suorum etc., ut ii. Q.i. Prohibentur, arg. in extra. de testibus De cetero.

**Econtra**: Nam in crimine maiestatis de se confesso super alienum crimen creditur, ut xv. Q.iii. Nemini. Item pari ratione et in simonia, que equis passibus cum crimine lese maiestatis ambulat, ut xv. Q.iii. Sane; immo idem est ibi quod et in crimine maiestatis, ut di. lxxix. Si papa. Item et in crimine conspirationis, ut iii. Q.v. Accusatoribus.

---

q.6 153 Q. *om.* P vi. *om.* B

**q.7** 155 iniurias] iurias P 157 ii.] v. $P^{pc}$ i. *om.* B Prohibentur LZ, Prohibetur $P^{ac}$, Prohibeatur $P^{pc}$BD 158 Econtra] Contra D uidetur *om.* P 160 v.] i. Z 163 sunt orte ZBD, sut orte P, orte sunt L inimicicie] inimicie P 164 autem] aut P

**q.8** 167 Item *om.* P criminali] crimina PD 168 quod LZD, quo B, *om.* P 171 in] de Z De] et *add.* Z 174 maiestatis ZB, ma. LD, magis P xv.] xxv. D 175 Si papa] Si quis papa L 176 Accusatoribus] Accusatio L

---

q.6 152 C.8 q.4 c.1 153 C.15 q.6 c.5; D.32 c.5

**q.7** 157 C.2 q.1 c.14 160 C.2 q.7 c.17; C.3 q.5 cc.4,11

**q.8** 167-168 C.4 q.2 et 3 p.c.2; C.4 q.2 et 3 c.3 §40 169 *ut supra* cf. Hon. *S. Quaest.* D.1 t.11 q.3 (lin. 68-69) 170-171 C.2 q.1 c.14 171 JL 14091; *App.* 8.8; 1 *Comp.* 2.13.14 (X 2.20.14) 173 C.15 q.3 c.5 174 C.15 q.3 c.4 175 D.79 c.2 176 C.3 q.5 c.3

**Solutio**: Quibusdam placet in predictis criminibus participes posse admitti. Quod tamen secundum S. non est uerum, dicentem statim ex quo confitetur se participem infamem fieri nec de cetero uel ad illud uel ad aliud prosequendum posse admitti. Premissa uero capitula in eo casu intelligit quando non principaliter participauit. Set eo tempore quo promissum aliquid fuit pro ordine uel huiusmodi siue conspiratum siue in necem principis machinatum, secundario consensit; de principalibus tamen non fuit. Talis propter huiusmodi consensum non repellitur, nam eo ipso quod accusat totum uitium, si quid ex consensu contraxit, purgatur. De alio autem secundum canones impossibile est posse intelligi.

**q.9** **Item queritur**, qua exceptione aliquis participem criminis possit ab intentione sua remouere, nam si dicat: 'Tu mecum participasti in eodem crimine, unde non potes accusare', eo ipso tamquam confessus potest puniri et infamis efficitur; nec alia uidetur exceptione posse uti.

**Non ergo uidetur** quod possit repelli. Quid est ergo quod dicitur quod tales sunt repellendi, infra iiii. Q.iii. § Item in criminali, Item liberi, cum nulla exceptione possint repelli?

Dici potest sub hac forma posse repelli: 'Frater, tu idem crimen quod me nunc dicis commisisse olim commisisti', uel: 'Tu alias participium habuisti'.

**q.10** **Item queritur**, utrum, si aliquis obiciat sacerdoti bigamiam uel huiusmodi irregularitates quibus probatis sacerdos deponitur, teneatur inscribere sicut in crimine.

**Et uidetur**, nam cum eadem subest causa depositionis, hinc inde eadem debet esse iuris ratio, arg. di. xxxi. Si laicus, et in similibus idem debet esse iudicium. Item bona est occasio procedere a similibus ad similia.

---

q.8 178 S. L, s̄ P, st̄ D, G. ZB 179 infamem ZBD, famem P, infamie L uel[1] ad illud D, ad illud L, uel ad id ZB, *om.* P 179 uel[2]] nec L 185 accusat] excusat P

**q.9** 191 uidetur] uero P 192 possit] possint P, posse Z 193 iiii.] iii. Z[ac] 193 iii.] iiii. B 196 commisisse] commisse P

**q.10** 201 depositionis P[pc]LZB[pc], deponens B[ac], deponis. D 202 xxxi.] xxxii. ZB 203 esse *om.* P occasio LD, actio ZB, accusatio P

---

q.8 178 *S.* cf. S. Sim. Bis. ad C.2 q.1 c.7 in fine

**q.9** 193 C.4 q.2 et 3 p.c.2; C.4 q.2 et 3 c.3 §40

**q.10** 202 D.31 c.7

**Econtra** non uidetur, quod nusquam a iure reperitur expressum quod ita fieri debeat, ergo non fieri est licitum, arg. xxviii. Q.i. Iam nunc. Item si tali casu necesse esset inscribere, ergo pari censura ubi obiceretur infamatio, cum ex ea sequi posset depositio, puta si in purgatione deficeret, inscriptio premitti deberet.

Dici potest non esse necesse in hiis casibus inscribere, licet quibusdam uideatur in contrarium, quia licet non sint huiusmodi crimina in ueritate essentie, sunt tamen ratione equiualentie.

**q.11** **Item queritur**, utrum aliquis possit accusari super crimine pro quo condignam egit penitentiam.

**Et non uidetur**, nam in quolibet crimine accusator debet caritatiuam commonitionem premittere, alioquin repellitur, ut ii. Q.vii. Accusatio in fine. Set si ibi premittitur ubi nullum est crimen, puta quod per penitentiam est abolitum, nil operaretur, ergo talis taliter accusans non admittitur utpote qui accusat commonitione premissa que nil operatur. Item 'quos Deus per compunctionis gratiam uisitat pastoris sententia absoluat', ut xi. Q.iii. Plerumque, et 'tunc uera est absolutio' etc., ut xi. Q.iii. Tunc uera. Item: 'Non iudicat Deus bis in idipsum', ut xiii. Q.ii. c. ult.

**Econtra**: Aliquis potest accusari super crimine commisso ante baptisma, ut di. xlviii. Quoniam. Set longe magis delet baptismus quam penitentia, ergo de crimine ante penitentiam commisso potest accusari. Item cum aliud sit iudicium Dei, aliud ecclesie pena, ab altero illata non excludit penam ab altero inferendam, ut xxiii. Q.v. Quid ergo. Item dupliciter offendit, Deum scilicet et ecclesiam, ergo dupliciter tenetur satisfacere; satisfacit Deo per occultam satisfactionem penitentie, ergo satisfacere tenetur ecclesie. Item contraxit reatum et infamiam; reatus est

---

q.10 205 est] non *praem.* P xxviii.] xviii. D 207 posset ZD, possit LB, posset possit P 211 sunt] sint PL

**q.11** 215-216 in fine] et frõlıũ Z, in fidelium B 217 operaretur LD, opereretur P, operatur ZB 217 accusans] accusantes P 220 iii.] iiii. Z 221 Tunc - Q.ii. *marg.* P 221 uera] uerae Z Non] ut P bis *om.* P xiii.] xi. L, xxxiii. Z 221 ii.] iii. LZ 221-222 c. ult.] Occultum B 224 delet Z, debet PLBD 227 xxiii.] xxiiii. B 230 contraxit LD, contraxcit(!) P, contrax Z, queritur utrum B

---

q.10 205 C.28 q.1 c.8

**q.11** 215-216 C.2 q.7 c.15 in fine 219-220 *quos - absoluat* in C.11 q.3 c.88 220 C.11 q.3 c.88 220 *tunc - absolutio* in C.11 q.3 c.62 220-221 C.11 q.3 c.62 221 *Non - idipsum* in C.13 q.2 c.30 221-222 C.13 q.2 c.30 224 D.48 c.1 227 C.23 q.5 c.6

abolitus et non infamia per penitentiam, ut ii. Q.iii. § Hinc, taliter ergo pro infamia adhuc potest accusari.

**Solutio**: Precise dicatur posse accusari propter scandalum. Nec dicitur bis puniri, quia eadem est pena que incipit in penitentia et terminabitur in depositione. Vel in idipsum bis non punitur, quia a Deo pro reatu, ab ecclesia pro scandalo infamie. Item 'quos per compunctionis' etc. 'pastoris sententia absoluat', si non sit aliquis qui uelit accusare, intelligendum est.

**q.12** **Item queritur**, an aliquis post mortem possit accusari.

**Et uidetur**, nam si in libris alicuius reperiatur heresis, et mortuus accusatur et excommunicatur, ut xxiiii. Q.ii. Sane profertur. Item ubi attestationem deposuit aliquis et pendente publicatione decedat, potest ei mortuo obici crimen corruptionis uel falsi uel huiusmodi; alioquin numquam de falso posset conqueri, quod tamen bene permittitur, unde et mortuus licite accusatur.

**Econtra**: Cuius causa diuino examini relinquitur humano iudicio non accusatur, ut di. xxiii. Quorundam. Item nemini licet causam mortis post mortem alicuius inferre, quod fieret si mortuus posset accusari. Item non uidetur etiam super heresi aliquem posse accusari post mortem, licet libros relinquerit improbate lectionis, cum liber huiusmodi nullius opinionem possit commaculare, ut v. Q.i. c. i., ii. Item cum nemo absens debeat uel possit accusari, ut ii. Q.viii. capitulo penultimo, iii. Q.ix. c. i., ii., iii. etc.

**Solutio**: Specialiter in crimine hereseos aliquis accusatur et excommunicatur, si uerisimilibus indiciis probari possit libros ab ipso fuisse conditos, quo casu contumaciter presumitur decessisse, quare presumitur esse presens et unde accusari et condempnari merito potest, ut iii. Q.ix. Decreuimus. Quod obicitur de teste solutum inuenies infra t. de testibus.

---

q.11 231 abolitus ZB, absolutus PD, *illeg.* L Hinc L, Hinc coll'. Z, (I *praem.* B[ac]) Hic PBD 233 Nec] ergo P 234 pena] pña P

**q.12** 240 mortuus] mortus P, *illeg.* L 241 xxiiii.] xxii. D, *illeg.* L ii.] iii. D, *illeg.* L 241 profertur *emend. cum Friedb.*, pro PZBD, *illeg.* L 247 xxiii.] xxiiii. B 251 c. i. *om.* B 252 accusari] accusare P viii.] vii. L 253 ix.] xi. ZB 255 indiciis LZD, indicicis P, inditiis B ipso] ipse P 257 ix.] xx. B 258 infra t. PD, infra e. t. LZ, ut D'. B, *lit. ras. post* infra *add.* P

---

q.11 231 C.2 q.3 p.c.7 236-237 *quos - absoluat* in C.11 q.3 c.88

**q.12** 241 C.24 q.2 c.6 247 D.23 c.14 251 C.5 q.1 cc.1,2 252 C.2 q.8 c.5 252-253 C.3 q.9 cc.1-21 257-258 C.3 q.9 c.10 258-259 *infra - testibus* cf. Hon. *S. Quaest.* ad D.1 t.14

Item **queritur**, qualiter sit intelligendum capitulum illud ii. Q.vii. Criminationes, ubi dicitur non debere aliquem ad accusandum admitti nisi prius docuerit se omni suspicione carere, quia si quilibet accusator ad id tenetur iam hac ratione nullus admittetur, et publice interest peccata puniri. Item cum tunc demum de iure communi se debeat quis probare innocentem uel idoneum, cum remouetur per exeptionem, dici potest illud capitulum debere intelligi de ignotis et peregrinis qui si uelint accusare non admittuntur, nisi primo se probauerint idoneos, arg. di. xcviii. Omnes. Secundum alios dicitur se satis probare idoneum qui talem foro separat quod ei nichil possit obici uel de facto nichil obiciatur. Vel secundum S. loquitur illud capitulum de accusatis qui pendente accusatione aliquem uolunt accusare, qui non admittuntur nisi se purgauerint innocentes, ut iii. Q.xi. Neganda. Set obicitur si se purgauerit non posse postea super eodem crimine accusari, ut infra t. de purgatione. Quod tamen non est uerum, quia sicut is qui per exceptionem criminis repellitur a testimonio non alias punitur nisi quatenus a testimonio repellitur, sic nec iste alias releuatur per purgationem nisi quatenus ad accusandum admittitur. Verius tamen est ut de publice infamatis intelligatur.

---

q.12 261 Criminationes] Criminatos D, Criminās L 266 debere intelligi ZBD, intelligi debere L, deberi intellegi P 268 xcviii. *emend. cum Friedb.*, xviii. PLZBD 270 S. L, s̄ *et lit. ras.* P, S'. B, *om.* ZD 271 admittuntur] admittantur P 272 innocentes] innocentem P[pc] xi.] ix. L 273-274 t. de purgatione *emend.*, t. de pur. Z, t. de p'. B, t. de purgāt. L, de purgant D, t. de purgatum P 274 quia] qui *add.* P 275-276 a testimonio - repellitur *marg.* P 276 sic] Solutio L

---

q.12 260-261 C.2 q.7 c.52 266 *illud capitulum* sc. C.2 q.7 c.52 268 D.98 c.4 270 *S.* S. Sim. Bis. ad C.2 q.7 c.52 *illud capitulum* sc. C.2 q.7 c.52 272 C.3 q.11 c.1 273-274 *infra - purgatione* cf. Hon. *S. Decr.* ad D.1 t.13

# D.1 t.12 de infamia

**pr.** Premisimus de accusationibus, que ratione criminum etiam irregulariter solent institui. Set quoniam tam ratione criminum quam irregulariter solet infamia contrahi, ideo de infamibus et infamia compendiose quedam dispiciamus.

**q.1** **Queritur**, utrum infamia ipso iure irrogetur.

**Et uidetur**, solet enim distingui inter infamiam ipso iure irrogatam et per sententiam, ut iii. Q.vii. § Tria in fine, ergo nulla erit illa distinctio uel aliqua infamia ipso iure irrogatur. Item notorius simoniacus tamquam infamis a testimonio repellitur; at ei nulla infamia erat irrogata per sententiam, ergo uel non est infamis uel ipso iure ex genere facti est infamis.

**Econtra**: Simoniacus de quo magis uidetur quod ipso iure sit infamis nisi sententialiter in iudicio condempnatus tamquam infamis repelli non potest, ergo auctoritate sententie repellitur et ita uidetur quod sententia infamet. Item ius uult ut talis ante sententiam admittatur, ergo uel iste non est infamis uel ius uult infamem admitti. Item ecce fornicator qui dumtaxat per sententiam infamatur et simoniacus cui ipso iure irrogari dicitur infamia, neuter istorum ante sententiam repellitur, uterque eque post sententiam repellitur, ergo uterque eque ex sententia repellitur, ergo utriusque sententie idem est circa istos effectus; set hec sententia infamat, ergo illa.

**Solutio**: Dicunt quidam infamiam tamen per sententiam irrogari. Alii dicunt ipso iure irrogari in enormibus et notoriis. Dicunt alii, et melius, quandoque per sententiam utpote in mediocribus irrogari, quandoque ipso iure irrogari, puta ex enormibus et occultis, que tamen neminem

---

**tit.** 2 *linearum spatium praem.* P fol. $57^{vb}$, De infamia *marg.* P fol. $57^{vb}$, de infamia *in lin.* (*rubr.*) Z fol. $186^{vb}$; 1 *fere lineae spatium pro rubr. add.* B fol. $27^{ra}$, De infamia *in lin.* (*rubr.*) D fol. $10^{vb}$

---

**pr.** 2 quoniam tam] tam $P^{pc}$, quoniam cam(!) Z

**q.1** 7 ut iii.] viii. D § Tria] § itia(!) Z, *om.* L in fine] in fi. L, in fī. D, in f'o. P, Iñ fo'. B, *om.* Z 12 Econtra] Contra D 16 infamis] famis P 18 infamia L, sententia PZBD 25 et] etiam P

---

**q.1** 7 C.3 q.7 c.2 §20 (*Tria* est C.3 q.7 p.c.1; cf. Friedb. an. 15)

repellunt antequam per sententiam declaretur. Et hoc casu sententia non infamat, set pridem ipso iure fuisse infamem declarat. In mediocribus autem directo infamat, unde non sequitur quod idem sit effectus utriusque sententie usquequam.

**q.2** **Item queritur**, utrum periurus fame possit restitui per episcopum.

**Et non uidetur**, quia talis infamis est ipso iure secundum canones, ut vi. Q.i. Quicumque et xxii. Q.v. Paruuli, ergo non potest fame restitui nisi per canonis conditorem. Vel ligatus a maiori a minori potest absolui, quod non solet contingere, ut di. xxi. Inferior, Denique.

**Econtra**: Episcopus cum tali potest dispensare ut ministret, ergo eius infamiam potest abolere. Vel infamis non potest ministrare.

**Solutio**: Sicut canoni date sententie maioris excommunicationis obnoxium solus conditor canonis potest soluere, canoni uero minoris excommunicationis alligatum quilibet episcopus, ita dici potest in hoc casu quod infamiam in enormibus ipso iure irrogatam solus conditor iuris potest abolere, infamiam uero in minoribus per quemlibet episcopum. Vel ubi papa dat licentiam dispensandi circa tales, ipse per interpositum satis restituit qui dat eo ipso licentiam restituendi.

**q.3** **Item queritur**, utrum infamia orta ex leuibus per penitentiam possit aboleri.

**Et uidetur**, quia per penitentiam incipit esse quod non fuit, unde non debet despici ex eo quod fuit, ut di. l. Frater, xi. Q.iii. Cum apud. Set ante penitentiam ut infamis despiciebatur, ergo post penitentiam ut infamis despici non debet. Item iste habet pondus diuini testimonii, ergo et humani habere debet, ut xxiii. Q.iiii. Ipsa pietas, optimum arg. vi. Q.i. Illi, xi. Q.iii. Plerumque, ibi 'quos per compunctionis' etc. usque 'absoluat', xxxii. Q.v. Preceptum, iii. Q.iiii. Beatus.

---

**q.2** 33 vi.] xi. Z i. *om.* B, *ras. add.* P Quicumque P$^{pc}$ v. *supra lin.* B 33 Paruuli] ꝑpuuli P 36 Econtra] Contra D 39 canoni P$^{ac}$B, canōnı9 P$^{pc}$, canone LZD 40 alligatum PZ (*supra lin. post* episcopus P), ligatum L, obligatum BD 40 quilibet] quislibet P 41 irrogatam] irrogata P

**q.3** 47 quia] xxxii. Q. ii.(!) Cum apud *add. et del.* P (*cf. lin.* 48) 48 Frater P *et Friedb.*, ferrum LB, fertur Z, s̄r D 48 xi. Q.iii. *emend. cum Friedb.*, xxxii. Q.i. PLZBD 48 Cum apud PZB, c. Cum renunciatur (C.32 q.1 c.9, sed non convenit) L, Concipit D 49 despiciebatur] despiebatur P 51 xxiii.] xxxiii. D iiii.] iii. Z 52 xi.] viiii. Z, ix. B 52 iii.] x. D quos] per *praem.* P

---

**q.2** 33 C.6 q.1 c.18; C.22 q.5 c.14 35 D.21 cc.4,6

**q.3** 48 D.50 c.47 (palea); C.11 q.3 c.69 51 C.23 q.4 c.24 52 C.6 q.1 c.3; C.11 q.3 c.88 52-53 *quos - absoluat* in C.11 q.3 c.88 53 C.32 q.5 c.21; C.3 q.4 c.2

**Econtra**: Infamia irrogata fuit per sententiam, ergo aboleri non potest nisi per sententiam contrariam, scilicet restitutionis, quia 'Nichil tam naturale est quam quodlibet dissolui eodem genere quo colligatum est', ut ff. de regulis iuris l. Nichil. Item licet sanetur uulnus per penitentiam, cicatrix tamen remanet ex uulnere, idest infamia, ut i. Q.i. Ventum, et 'Quamquam animas per penitentiam saluare possumus, tamen infamiam abolere non possumus' ut ii. Q.iii. § Hinc colligitur, optimum arg. di. l. Illud, di. lxi. In sacerdotibus.
**Solutio**: Dicunt quidam generaliter omnem infamiam ex leuibus peccatis prouenientem excepto crimine periurii, ut vi. Q.i. Quicumque, siue per sententiam irrogatam siue ipso iure, et si ipso iure, siue sit per sententiam declarata siue non, per penitentiam aboleri posse; et dicunt capitula contraria de enormibus peccatis intelligenda. Videtur michi quod nulla infamia per sententiam irrogata siue declarata per penitentiam solam possit aboleri, alias uero irrogata ipso iure siue ex enormibus siue mediocribus siue leuibus licite posse; contraria capitula loquuntur de infamia per sententiam irrogata uel declarata. Set quid si peracta penitentia super crimine conuinceretur, quod licet, ut di. xlviii. Quoniam? Resp.: Reconualesceret infamia que prius latuerat uel etiam sublata fuerat.
**q.4** **Item queritur**, utrum infamia a ciuili iudice irrogata per ecclesiasticum iudicem possit aboleri.
**Et non uidetur**, ut ii. Q.iii. § Hinc colligitur. Item distincta sunt officia ecclesiastici et secularis, ut di. xcvi. Cum ad uerum, ergo neuter de iure alterius potest presumere. Item auctoritate beati Petri qui infamantur in foro seculari censendi sunt infames in foro ecclesiastico, ut vi. Q.i. Beatus. Si igitur infamia forensis a beato Petro confirmatur, ut etiam in foro ecclesiastico reputetur infamia, ut vi. Q.i. Omnes, contra id dispen

---

q.3 54 Econtra] Contra D 57 ff. PZ, D'. BD, *illeg.* L de regulis iuris] de reḡ. PZB, de reḡ. i. D, *illeg.* L 58 i.[2]] ii. *add. et ras.* P 63 vi.] vii. P[ac] 64 et - iure *marg.* P 65 declarata] decl'aratam P 69 loquuntur LZD, loquunt B, *om.* P 70 Set quid si LZB, Sit quid si P, Set si quis D 71 super] sunt P[ac], sıī P[pc] 71 xlviii.] lxviii. L Quoniam] Qui P 72 etiam *om.* P
**q.4** 76 Hinc] ul't L 77 xcvi.] xcii. D, x. e. vi. Z Cum *om.* B 81 vi.] xi. Z

---

q.3 55-56 *Nichil - est* in *Dig.* 50.17.35 57 *Dig.* 50.17.35 58-59 C.1 q.1 c.18 59-60 *Quamquam - possumus* in C.2 q.3 p.c.7 60 C.2 q.3 p.c.7 61 D.50 c.66; D.61 c.2 63 C.6 q.1 c.18 71 D.48 c.1
**q.4** 76 C.2 q.3 p.c.7 77 D.96 c.6 79-80 C.6 q.1 c.5 81 C.6 q.1 c.2

sari non potest, ut xxv. Q.i. Sunt quidam. Item alias huiusmodi infamia melius non posset aboleri quam si huiusmodi persona promoueretur, idest saltem infamis non censeretur in ecclesiastico etsi in seculari foro, quod fieri non debet propter scandalum, ut di. l. De hiis uero; set scandalum esset populo eum ministrare in altario qui tamquam infamis a testimonio repelleretur in foro seculari, ergo talis admitti non debet. Item cum duplex sit infamia forensis, ut ita dicam, et ecclesiastica, testes debent esse absque omni infamia, ii. Q.vii. Testes, ergo non admittitur in ecclesiasticis qui repellitur in forensibus. Item ineptum uideretur contra clericum admittendum qui contra laicum non admitteretur.

**Econtra** uidetur, quod papa huiusmodi infamiam possit abolere, nam ipse habet ius celestis et terreni imperii, ut di. xxii. Omnes, ergo tam laicorum quam clericorum infamiam potest abolere. Item patriciatus dignitatem ipse concedit, ut di. lxiii. Adrianus. Item cum uult, aufert, ut xv. Q.vi. Alius. Item ergo etiam circa secularia gaudet plenitudine potestatis. Item esto quod huiusmodi ordinet quod sibi bene licet, talis admittitur contra clericum, ergo et contra laicum, quia cui licet maius, et minus, ut xxiiii. Q.i. Miramur. Item iste habet pondus diuini testimonii, ergo et humani, ut arg. xxiii. Q.iiii. Ipsa. Immo quilibet episcopus eam hoc modo potest abolere; ridiculosum enim esset dicere episcopum non posse ordinare conuictum in contractu bone fidei qui infamat uel actione iniuriarum.

**Solutio**: Dici potest quod infamia per ciuilem iudicem irrogata potest aboleri quoad suum forum per ecclesiasticum, non autem quoad forum seculare. Et ex hoc sequitur quod aliquis repellitur contra laicum qui admittitur contra clericum, quod tamen non est magnum inconueniens. Dicunt tamen quidam papam eque omnem infamiam posse abolere, qui dicunt imperatorem ius imperii a papa habere. Prima uerior.

---

q.4 82 Sunt quidam *scrips. cum Friedb.*, Sunt qui PLD, Super quod Z, Sunt quod B 85 uero] usque L 90 ineptum ZBD, in episcopatum P, non L 92 Econtra] Contra D 93 habet *om.* P 94 patriciatus] patricianus P 95 lxiii.] liii. D 95 ut *om.* P 96 xv.] xxv. D 99 xxiiii.] dxviii. Z i.] ii. Z diuini ZBD, diuinii P, dei L 100 testimonii *marg.* P arg. *om.* B 108 tamen *om.* P 109 imperatorem] imperatoratores *marg.* P

---

q.4 82 C.25 q.1 c.6 85 D.50 c.34 89 C.2 q.7 c.39 93 D.22 c.1 95 D.63 c.22 96 C.15 q.6 c.3 99 C.24 q.1 c.37 100 C.23 q.4 c.24

**q.5** **Item queritur**, utrum infamia orta ex apostasia per penitentiam possit aboleri.

**Et uidetur**, nam apostata ante reuersionem suam est refutatus; ut iii. Q.iiii. Beatus, ergo post reuersionem non est refutandus, et ita uidetur per penitentiam posse aboleri.

**Econtra** uidetur, quod infamia ex periurio per penitentiam non aboletur, ut vi. Q.i. Quicumque, xxii. Q.v. Paruuli, set longe enormius est apostasia quam periurium, ergo de iure difficilius dissoluitur hec quam illa infamia.

**Solutio**: Precise uidetur quoniam utraque infamia eodem modo non aboletur, si eodem modo de utraque constet. Nec habet locum ab illo capitulo elicitum argumentum, cum a contrario sensu eliciatur; uel loquitur capitulum illud de eo cuius infamia per sententiam non erat declarata, quo casu, ut supra dictum est, infamia per penitentiam poterat aboleri.

**q.6** **Item queritur**, utrum infamia omnis per baptismum aboleatur.

**Et uidetur**, quia crimina in baptismate abolentur, ergo post baptismum imputari non debent, ut di. xxvi. Deinde, igitur, si non imputantur, nullum de crimine post baptismum superest uestigium. Item optimum arg. di. xxv. Primum, di. l. Si quis uiduam, di. li. c. i., ii., iii.

**Econtra** uidetur, quod irregularitates huiusmodi post baptismum imputentur ad instar bigamie, que in baptismate non aboletur, ut di. xxvi. Deinde. Si ergo bigamia non aboletur, que minor est, longe minus irregularitas ex homicidio proueniens, que maior est, in baptismato abolebitur. Immo expressum uidetur quod non aboleatur, i. Q.vii. Si quis omnem, ubi dicitur 'nullum eorum qui ante baptismum peccauit' post baptismum 'inter sacerdotes fuisse connumeratum'.

---

**q.5** 112-113 ut - refutandus *marg.* P 115 Econtra] Contra D 116 vi.] xi. $D^{ac}$ 116 xxii.] xxiii. LB Paruuli $P^{pc}$, Puruuli $B^{pc}$ 118 infamia] in *praem.* P 119 Solutio - infamia *marg.* P non ZB, *om.* PLD 120 si] set P 122 non *om.* $P^{pc}$D, etiam Z 123 infamia] infamiam P

**q.6** 126 abolentur LZD, aboleretur PB 129 li.] lx. ZB 130 post] $p^9$ P 132 Deinde] Demum B 133 proueniens] perueniens P 134 vii.] vi. Z 135 ubi - nullum *marg.* P peccauit ZBD, pecc'it P, peccatum L

---

**q.5** 112-113 C.3 q.4 c.2 116 C.6 q.1 c.18; C.22 q.5 c.14 120-121 *ab illo capitulo* sc. C.3 q.4 c.2 122 *capitulum illud* sc. C.3 q.4 c.2 123 *ut supra* cf. Hon. *S. Quaest.* D.1 t.12 q.3, lin. 66: *Videtur michi…*

**q.6** 127 D.26 c.3 129 D.25 c.6; D.50 c.8; D.51 cc.1-3 131-132 D.26 c.3 134-135 C.1 q.7 c.2 135 *nullum - peccauit* in C.1 q.7 c.2 §2 136 *inter - connumeratum* in C.1 q.7 c.2 §2

**Solutio**: Dico precise, licet quidam garriant in contrarium, omnem infamiam in baptismate aboleri et omnem irregularitatem excepta bigamia, que quidem aboleri non potest, quia nullum peccatum nec scandalum committitur, cuius occasione posset dimitti; ceterum omnis irregularitas que ex peccato uel scandalo oritur simul cum peccato uel scandalo aboletur. Ad illud capitulum facilis erit responsio, i. Q.vii. Si quis omnem, nam loquitur illud capitulum de hiis qui ante baptismum peccauerunt et in monasterium ad agendam penitentiam de commissis non dico ante set post baptismum ingressi sunt, unde sequitur in eodem capitulo ‘monachos factos’ etc. Vel dicatur quod capitulum illud non dicit quod tales post baptisma non potuissent promoueri, set quia id ita de facto acciderat ita commemorat et inducitur quasi argumentum a maiori. Si illi post baptisma non sunt promoti qui ante baptisma peccauerunt, longe minus simoniaci post baptisma peccantes possunt promoueri, licet hii qui contrariam sententiam garriant dicunt illud intelligendum esse de enormibus.

**q.7** **Item queritur** de usurariis, utrum ipso iure sint infames.

**Et uidetur**, quia secundum leges qui exercent improbum fenus ipso iure sunt infames, ut iii. Q.vii. Tria in fine. Set secundum canones omne fenus est improbum, ergo secundum canones usurarii ipso iure sunt infames.

**Econtra**: Vsurarii sunt raptores, ut xiiii. Q.iiii. Si quis usuram, set raptores per sententiam fiunt infames, ergo et usurarii.

**Solutio**: Dici debet eos ipso iure infames et non raptores, quia infinities enormius est usurarum crimen quam rapine.

**q.8** **Item queritur**, utrum detentores laici decimarum possint a testimonio tamquam infames repelli.

**Et uidetur**, quia sacrilegi sunt, ut xvi. Q.vii. c. i., ergo ipso iure excommunicati, ut xvii. Q.iiii. Omnes, set excommunicati non debent in testimonium admitti, ut iiii. Q.i. c. i., ii., ergo nec tales.

---

q.6 137 licet quidam] quidam licet *tr.* P 140 committitur L, com(m)itatur ZD, communicatur PB 142 i.] v. D[ac] 144 penitentiam de *om.* P 146 monachos - capitulum *marg.* P 146 illud] id P 148 accid’at LZD, accid’rat B, accideat P

**q.7** 158 Econtra] Item ZB, Contra D xiiii.] xxiiii. D iiii.] iii. D

**q.8** 164 sacrilegi ZBD, sacrilegii P, *illeg.* L xvi.] xxvi. D, xii. L 165 xvii. - non *illeg.* L 165 Omnes] c. i. *praem.* ZB, *illeg.* L

---

q.6 137-152 Cf. Hon. *S. Decr.* ad D.26 pr. (lin. 18) 142-143 C.1 q.7 c.2

**q.7** 155 C.3 q.7 c.2 §20 (*Tria* est C.3 q.7 p.c.1; cf. Friedb. an. 15) 158 C.14 q.4 c.10

**q.8** 164 C.16 q.7 c.1 165 C.17 q.4 c.5 166 C.4 q.1 cc.1,2

**Econtra**: Tales admittuntur ad communionem eucharistie ad quam infames, tales puta qui mortaliter delinquunt, non admittuntur, ut de con. di. ii. c. Pro dilectione, ergo tamquam infames a testimonio non uidentur repellendi. Et si in sacramentis altaris tamquam integris et regularibus participamus, quare in aliis eos repelleremus?

**Solutio**: Dici potest quod ab altari, immo etiam a communione fidelium et ab omni officio integri honoris sunt repellendi. Set quia multitudo est in causa, 'detrahendum est seueritati', ut di. l. Vt constitueretur, xxiii. Q.iiii. Non potest; et ubi timetur scismatis periculum cessat correctio, ut xxiii. Q.iiii. Cum quisque fratrum.

---

q.8 167 admittuntur] di. con. di. ii. *add. et del.* P (*cf. lin.* 168-169) 168 de con.] de s. D 175 xxiii.] xxxiii. L iiii.] iii. B 176 quisque L *et Friedb.*, quis PZBD 176 fratrum *emend. cum Friedb.*, factum PLZBD

---

q.8 168-169 *De cons.* D.2 c.95 174 *detrahendum - seueritati* in D.50 c.25; D.50 c.25 175 C.23 q.4 c.32 176 C.23 q.4 c.19

# D.1 t.13 de purgatione

**pr.** Criminosis et infamibus solet nonnumquam purgatio indici, puta si infamentur nec assint per quos possint conuinci. Sequitur ergo ut de purgatione uulgari siue canonica aliqua dicamus, et primo de canonica.

**q.1** **Queritur** de eo cuius fama laborat, an sibi debeat indici purgatio donec constet de infamatione. Verbi gratia obicitur sacerdoti coram episcopo quod eius fama laboret in sua uicinia. Numquid debet episcopus sibi indicere purgationem, donec constet a uicinia infamatum?

**Et uidetur**, nam ita fit de consuetudine, et 'consuetudo est optima legum interpres'; immo uidetur ius ita docere, ut ii. Q.v. Presbiter si, ubi 'si non potuerit probari suspenditur', quoad legitime satisfaciat, set legitima satisfactio est purgatio, igitur ante probationem indicitur purgatio.

**Econtra**: Si indicatur purgatio et in ea deficiat, tamquam actor sceleris punitur, ut in extra. de simonia De hoc autem. Set nemo de scelere puniri debet nisi legitime de causa cognoscatur, ut xxx. Q.ult. Iudicantem, ergo nemini debet indici purgatio, donec legitime liqueat de infamatione. Item eo ipso quod alicui indicitur purgatio, suspenditur, set suspendi nemo debet sine cause legitima cognitione, ut ii. Q.i. Nomen, in extra. ex Romano concilio Reprehensibilis, ergo nemini debet indici purgatio nisi constet de causa.

**Solutio**: De infamatione legitime constare debet; alioquin purgatio indici non debet, licet perperam secus fiat de consuetudine et loquitur

---

**tit.** 2 *linearum spatium praem.* P fol. $58^{rb}$, De purgatione *marg.* P fol. $58^{rb}$, De purgatione *in lin.* (*rubr.*) *post* de eo (*lin.* 4) et *supra col.* D fol. $11^{vb}$, *tit.* 13 *inc.* Queritur (*lin.* 4), Criminosis - canonica (*lin.* 1-3) *tr. in finem* D.1 t.12 D fol. $11^{vb}$

---

**q.1** 8 Et *om.* D, quid *add.* P, quod *add.* ZBD, quidem *add.* L 9 si *om.* LZB 10 si *om.* P 10 potuerit ZBD, poterit PL set] si P 14 in *om.* P hoc] hac cān L 14 autem] an Z scelere] celere P, seculare $B^{ac}$, scl'rre $B^{pc}$ 15 ult.] pult. B 18 cognitione] cōgnitione P Nomen] Notum D, Unde Z, $n^{n}$ B

---

**q.1** 8-9 *consuetudo - interpres* cf. *Dig.* 1.3.37 9 C.2 q.5 c.13 10 *si - suspenditur* in C.2 q.5 c.13 14 JL 14110; *App.* 2.13 ('De hoc quod rex'); 1 *Comp.* 5.2.10 (X 5.3.11) 15 C.30 q.5 c.11 18 C.2 q.1 c.12 (D: C.2 q.1 c.10) 19 3 *Conc. Lat.* c.6; 1 *Comp.* 2.20.42 (X 2.28.26)

illud capitulum ii. Q.v. Presbiter si. De eo cuius infamatio omnibus nota erat uel notoria cuius crimen, si probari non potest, quia publice est infamatus, debet ei indici purgatio.

**q.2** Set **queritur** a quibus debet probari, a clericis an a laicis.

**Et uidetur** quod a laicis possit probari, arg. ii. Q.v. Presbiter si, ubi dicitur quia si infamatus fuerit a plebe, quod debet se purgare, set non dicitur infamatus nisi legitime constet de infamatione, ergo per plebem legitime constare poterit.

**Econtra**: Si defecerit in purgatione, deponitur; set laici agere non possunt ad depositionem nisi ubi suam uel suorum prosequuntur iniuriam, ut in extra. de testibus De cetero, ergo ad huiusmodi probationem admitti non debent.

**Solutio**: Dicunt quidam quod a solis clericis probari potest. Verius tamen uidetur quod etiam a laicis, si necesse fuerit, probari possit. Arg.: Licet enim agere non possint ad depositionem, possunt tamen ad indicendam purgationem, sicut condempnatio super crimine ciuiliter uel in modum exceptionis obiectio facta non ualet ad depositionem, ut in extra. de testibus Porro, ualet tamen ad indicendam purgationem, si eius fama ex hoc laborare inciperet.

**q.3** Set **queritur** a quot possit probari.

**Et uidetur** quod a duobus uel tribus, quia iuxta Apostolum: 'In ore duorum uel trium stabit omne uerbum', ut ii. Q.iiii. § i.,

**Econtra**: A plebe debet infamari, ut ∵ Set plebs dicitur tamen congregatio decem, ut di. lxiii. Si in plebibus, x. Q.iii. Vnio, nec dicitur infamari nisi legitime infametur, ergo tunc demum dicitur legitime infamari, si a decem probatur.

---

q.1 23 ii.] l'. ii. Z si] sīn L, *om.* ZB

**q.2** 26 Set] Item L queritur *om.* PD 27 Et *om.* B arg. *om.* L 27 Presbiter] Presbiteri Z si *om.* ZB, scilicet D 28 plebe] pl'ebe P 40 indicendam LZD, includendam P, inducendam B 41 ex hoc laborare inciperet ZB, incipiet ex hoc laborare D, ex hoc ceperit laborare L, ex hoc inciperet laborare P

**q.3** 44 iiii.] iii. L i.] ideo Z 45 ut ∵ P, ut ∴ D, antequam indicatur purgatio L, ut ii. Q.v. Presbiter Z, ut ii. Q.v. (*et* Presbiter *post* plebs *tr.*) B 45 plebs ZD, ples P$^{pc}$, plex P$^{ac}$B, populus L 46 lxiii.] lxvi. Z, xliii. D nec dicitur] nisi P 47 demum dicitur] dicitur d' ın̄ P

---

q.1 23 C.2 q.5 c.13

**q.2** 27 C.2 q.5 c.13 33 JL 14091; *App.* 8.8 (est pars 'Licet preter'); 1 *Comp.* 2.13.14 (X 2.20.14) 39-40 JL 14156; *App.* 8.6; 1 *Comp.* 2.13.13 (X -)

**q.3** 43-44 *In - uerbum* in C.2 q.4 pr. 44 C.2 q.4 pr. 45 ut ∵ *sc.* C.2 q.5 c.13 46 D.63 c.20; C.10 q.3 c.3

**Solutio**: Placet quibusdam a tribus posse probari. Dicunt et alii quod tamen a decem, et hoc uerius.

**q.4** Item **queritur**, utrum post purgationem possit accusari de crimine.

**Et uidetur**, nam Menna purgatus et absolutus iterum permittitur accusari, arg. ii. Q.v. Mennam, ibi 'ubi accusator cessauerit'. Item Epiphanius similiter absolutus iterum accusandus remittitur, ut v. Q.vi. Epiphanium. Ergo licite post purgationem accusatur. Item magis purgat et absoluit baptismus quam purgatio, quia baptismus et purgat et purgatum ostendit, purgatio tantum purgatum ostendit. Set post baptisma quis licite accusatur de crimine ante commisso, ut di. xlviii. Quoniam, i. Q.vii. Si quis omnem, ergo longe magis post purgationem.

**Econtra**: Legitime constat de eius innocentia et ius et iudex habet eum pro innocente, non ergo quasi nocens potest accusari, cum quoad hoc ut accusaretur, uel ius uel iudex innocentem presumere deberent. Item semel punitus est in purgatione et sufficienter, quia omni eo modo quo canones docent, ergo iterum in accusatione puniri non debet, ut xiii. Q.ii. c. ult., xxiii. Q.iiii. Si illic.

**Solutio**: Placet quibusdam posse ad instar clerici qui post penitentiam licite accusatur. Dicunt alii non posse nisi uolens accusare priorem delatorem prius conuinceret fuisse preuaricatorem, quo notato iterato posset accusari, et hoc uerius. Vnde dicatur Mennam absolutum non sententialiter, set quoad recessus per missum; sic et Epiphanium. Vel legatur illud 'cessauerit' quod sequitur preteriti temporis, quasi dicat ex quo accusator cessauerit se purget.

**q.5** Item **queritur**, quare Menna purgatus coram papa iterato se purgauerit coram regina, cum hoc uidetur ineptum uel quia plene fuit purgatus coram papa uel non.

---

q.3 49 quibusdam] a *praem.* P

**q.4** 51 queritur utrum] uidetur quod Z accusari] purgari P 53 Et uidetur] Nam *praem.* Z 54 ii.] xxii. D Mennam] Menna L, Mentia B 55 vi.] v. ZB, vii. $P^{ac}$ 55-56 Epiphanium] Ephiphanium P 60 vii.] vi. B 61 eius *om.* P 65 xiii.] xiiii. D, xii. L 66 c. *om.* B xxiii.] xxii. D illic] illuc L 68 alii *marg.* P

**q.5** 75 fuit] fu *praem.* P

---

**q.4** 54 C.2 q.5 c.7; *ubi - cessauerit* in C.2 q.5 c.7 in §1 55-56 C.5 q.6 c.4 59 D.48 c.1 59-60 C.1 q.7 c.2 65-66 C.13 q.2 c.30 66 C.23 q.4 c.29 72 *cessauerit* in C.2 q.5 c.7 in §1

Si plene, ergo duplici contricione non erat conterendus, ut in extra. de depositione clericorum At si clerici.

Si non plene, ergo defecit in purgatione, ergo ut actor sceleris debuit puniri, non absolui, ut in extra. de simonia De hoc autem, uel saltem usque ad quinquennium suspendi, ut ii. Q.v. c. ult.

**Solutio**: Quia dupliciter erat infamatus quoad papam scilicet et clerum et quoad reginam et populum, duplici purgatione erat honerandus. Vel unica tantum fuit purgatio, et quod deerat coram papa de legitimo purgantium numero coram regina supplebatur, et hoc uerius.

**q.6** Item **queritur** quare regina iudex fuerit purgationis cum nullum officium ciuile mulier possit gerere, ut ff. de regulis iuris l. ii., xv. Q.iii. § His ita.

Potest dici quod parcebatur regine uerecundie in hoc casu sicut et in pluribus aliis. Vel potest dici, et hoc melius, quod purgauit se coram ea conuocatis tamen ad hoc episcopis, qui existerent testes purgationis. Set numquid sufficiebat cum tribus se purgare, cum duodecim essent necessarii, arg. ii. Q.v. Omnibus circa finem? Resp.: Extraordinarie ei delatum erat uel quia se prius coram papa cum aliquantis episcopis purgauit etc. ut supra.

**q.7** Item **queritur**, quare tantus numerus purgantium exigatur, cum duo sufficiant ad depositionem.

Quod quidem uidetur ineptum, nam 'proniora sunt iura ad absoluendum quam ad condempnandum', ut xxvi. Q.vii. Alligant, xxxv. Q.ix.

---

q.5 78 depositione] po. P clericorum ZB, dei D, cl'i. PL At] Ut L clerici] non absol- *et illeg. add.* L 80 absolui] ab *praem.* P simonia] sıııī. P, simo. L, symo. Z, sim̄. B, sin̄. D 81 c. *om.* B ult.] uult. B 83 honerandus ZD, honorandus B, hon⁹andus P, *illeg.* L

**q.6** 87 ff.] D. D l. ii.] et L xv.] xii. Z, *om.* B 88 His ita *emend.*, His ita Cuncta L, Cuncta PBD, De crimine Z 89 dici] potest *add.* PB 94 prius ZBD, pius PL

**q.7** 98-99 absoluendum LZD, obsoluendum P, absoluenda B 99 xxvi.] xxiii. P$^{ac}$ 99 Q.vii. *om.* Z Alligant] Alligauit B xxxv.] xxxi. D

---

q.5 77-78 JL 14091; *App.* 26.4 (est pars 'Licet preter'); 1 *Comp.* 2.1.6 (X 2.1.4) 80 JL 14110; *App.* 2.13 ('De hoc quod rex'); 1 *Comp.* 5.2.10 (X 5.3.11) 81 C.2 q.5 c.26

**q.6** 87 *Dig.* 50.17.2 87-88 'His ita' est C.15 q.3 pr. §2 (convenit); 'Cuncta' est C.9 q.3 c.17 (non convenit); 'De crimine' est C.15 q.5 c.1 (non convenit) 93 C.2 q.5 c.19 95 *ut supra* cf. lin. 83-85

**q.7** 98-99 *proniora - condempnandum* cf. Hon. *S. Quaest.* D.1 t.14 q.18, lin. 276-277, ubi citatur JL 13845; *App.* 38.2; 1 *Comp.* 2.12.2 (X 2.19.3) 99 C.26 q.7 c.12 99-100 C.35 q.9 c.5

Veniam; set si purgatur absoluitur, ergo minor numerus in purgatione posset sufficere.

Quod tamen non est uerum, nam quod tot exiguntur ad purgationem, hoc ad fauorem non in odium purgandi fit, ut ad plurium testimonium lucidior post purgationem eius appareat innocentia.

Vel melius: Non est mirum si maior exigitur in purgatione numerus et minor in condempnatione, nam maiorem fidem faciunt duo uel tres qui iurant ita esse et uidisse quam septem uel eo amplius qui iurarent se credere ita esse.

**q.8** Item **queritur**, an clerico uolenti sit indicenda uulgaris purgatio.

**Et uidetur**, quia cuilibet licet renuntiare hiis que pro se introducta sunt, arg. v. Q.ii. Vocatio, iii. Q.ii. Si episcopus. Set hoc pro se introductum est ne se purgaret uulgari purgatione, ergo ei potest renuntiare.

**Econtra**: Publice interest ne clericalis dignitas huiusmodi purgatione offuscetur, set ei quod publicam tangit honestatem nemini renuntiare licet, arg. vii. Q.i. Quam periculosum, vi. Q.iii. Denique, di. xvii. Concilia, non ergo potest ei renuntiare.

**Solutio**: Verum est quod non debet.

**q.9** Set **queritur**, si se purgauerit taliter et ceciderit in purgatione, utrum debeat sententiam condempnationis debite reportare, nam si aliquis foro non suo sponte litigauerit et in eum lata sit sententia, tenet in odium ipsius, ut xi. Q.i. Placuit ut quisquis, arg. xxiiii. Q.i. Quisquis, Subdiaconus, optimum arg. ii. Q.i. Multi; pari ratione et in hoc casu idem locum habere potest.

**Econtra**: Non est legitime crimen publicatum, ut xv. Q.v. c. ii., di. l. Si quis diaconus. Set nec in canonica purgatione defecit, quomodo similiter legitime publicatur, ut in extra. de simonia De hoc autem; non ergo in eum debet ferri sententia, ut ii. Q.i. Nos in quemquam.

---

q.7 101 posset LBD, possit P, posse Z 103 plurium] plurimum (pl'im̄) P, pl'iu B 105 numerus] esse *add.* P, et uidisse quam vii. uel eo amplius *add.* P$^{ac}$ (*cf. lin.* 107)

**q.8** 114 Econtra] Contra L Publice *emend.* (*cf. lin.* 136), publice rei ZB, publica PD, publico L 116 xvii.] xxvii. L, xiii. Z

**q.9** 121 sponte litigauerit et] sponte ligauerit et P, litigauerit (et B) sponte ZBD, litigauerit et L 122 Placuit ut quisquis L *et Friedb.*, Placuit ut personas aliquis P, Placuit ut personas D 122 xxiiii.] xxiii. P, xiiiii. Z Quisquis$^{2}$] Si quis P$^{ac}$ 123 Subdiaconus] Sub- *supra lin.* P 127 de simonia] de sin̄. D

---

**q.8** 111 C.5 q.2 c.1; C.3 q.2 c.8 116 C.7 q.1 c.8; C.6 q.3 c.3 116-117 D.17 c.6

**q.9** 122 C.11 q.1 c.43 122-123 C.24 q.1 cc.38,39 123 C.2 q.1 c.18 125 C.15 q.5 c.2 125-126 D.50 c.29 127 JL 14110; *App.* 2.13 ('De hoc quod rex'); 1 *Comp.* 5.2.10 (X 5.3.11) 128 C.2 q.1 c.1

Dici potest in eum ferri posse sententiam dampnationis ex eo solo quod illam admisit purgationem, ut in extra. de depositione clericorum Porro, De presbitero. Immo etiam super crimine potest ferri sententia et tenebit, non tamen propter momentum sententie, set odio eius qui suo priuilegio perperam renuntiauit.

**q.10** Item **queritur**, utrum ingredientibus monomachiam sit danda eucharistia.

**Et uidetur**, quia actori possit dari, quia publice interest peccata puniri, arg. xxiii. Q.iiii. Est iniusta, Q.v. Miles. Item 'qui emendat uerbere elemosinam dat', ut di. xlv. Et qui emendat.

**Econtra**: Fraterno laborat odio, ergo est in mortali, nam sanguinem sitit, ergo non est ei danda.

Item uidetur, quod reo sit danda, nam ipse utitur iure naturali, ut qui se defendit, quod licet, ut di. i. Ius naturale, ergo non peccat, ergo sibi denegari non debet.

**Econtra**: Monomachia est inhibita, ut ii. Q.v. Monomachiam. Si ergo reus eam ingreditur transgressor est, ergo mortaliter peccat, ut di. xix. In memoriam, Nulli, ii. Q.vii. Si quis erga. Item Deum temptare uidetur, ergo mortaliter delinquit, non igitur dari debet. Item talis, si decedit in conflictu, sepultura carebit, ut in extra. ex Romano concilio Felicis, et cui unum negatur sacramentum et alia concedi non debent, ut di. xcv. Illud, ergo carere debet communione.

---

q.9 130 clericorum ZB, cl'i. PLD 131 De presbitero *om.* L 132 tamen] tantum PD 132-133 qui suo LD, sub PZB 133 renuntiauit] arg. *add.* PZ, a a *et lac. add.* D, ei *add.* B

**q.10** 134 monomachiam] monachiam P, monasteria $Z^{ac}$ 137 xxiii.] xiii. D 137 iniusta] Q. v. iiii. Est iniusta *add.* $P^{ac}$ Q.v.] v. Q. Z 138 Et *om.* ZB 139 in mortali] immortali P 142 naturale] et ff. ad l. Acquil'. l. Scientiam (*Dig.* 9.2.45) *add.* L 144 Monomachia] Monamachia P Monomachiam] Monamachiam P 145 xix.] xxx. B 146 ii. *om.* P 147-148 delinquit - sepultura *marg.* P 148 ex *om.* Z Romano concilio] concilio Romano L 149 cui unum] crimen P 150 xcv.] xxv. BD carere] cacere P

---

q.9 130-131 JL 14091; *App.* 26.5 (est pars 'At si clerici'); 1 *Comp.* 5.12.1 (X 5.14.2) 131 JL 14091; *App.* 26.6 (est pars 'At si clerici'); 1 *Comp.* 5.12.2 (X 1.12.1)

**q.10** 137 C.23 q.4 c.33 et q.5 c.13 137-138 *qui - dat* in D.45 c.11 138 D.45 c.11 142 D.1 c.7 144 C.2 q.5 c.22 145-146 D.19 cc.3,5 146 C.2 q.7 c.16 148-149 3 *Conc. Lat.* c.20; 1 *Comp.* 5.11.1 (X 5.13.1) 150 D.95 c.3

**Solutio**: Actori non est danda, reo secundum quosdam dari potest, nam cum ille inuitus trahitur utique potest excusari, quod tamen michi non uidetur. Immo quicquid de consuetudine agatur neutri danda est. Nec enim reus iure naturali utitur, immo contra ius naturale facit. Talis enim uiolentie repulsa non est a iure naturali, nam secundum ius naturale malle debet se occidi quam se eo modo defendere, cum in tali defensione mortaliter delinquat.

Numquid ergo non possunt accusari principes qui huiusmodi monomachiam et similes purgationes inducunt? Resp.: Excusantur ratione multitudinis a pena et non a culpa, quia ubi multitudo in causa est, cessat correctio, ut di. l. Vt constitueretur, xxiii. Q.iiii. Non potest, Cum quisque.

Quid ergo de episcopis in quorum curiis fiunt?

Secundum quosdam delinquunt, secundum alios excusantur, cum si omitterent, turbari posset pax ecclesie, quod omnino debet uitari. Hoc quidem de illis dicitur qui regalia possident, nam alii nullo possent iure excusari.

**q.11** Item **queritur**, utrum in bigamia sit eadem ratio, ut scilicet si aliquis super ea infametur, debeat ei indici purgatio.

**Et uidetur**, nam ad quemcumque pretenditur iuris ratio et ipsum ius pretendi debet, arg. di. i. Consuetudo, di. xxxi. Sacerdotibus.

**Solutio**: Idem uidetur utrobique iudicium.

**q.12** Item **queritur**, quot a manu subdiaconus uel acolitus se purgare debeat.

**Et uidetur**, quod simpla manu; nam sicut presbiter cum sex, quia iudicari non potest nisi a sex, debet se purgare, ita subdiaconus simpla manu, cum ab uno tantum possit iudicari.

---

q.10 151 Solutio] Sic Z[ac] 154 contra *om.* P 156 malle] male PZ 159 Resp.: Excusantur] Reus excusatur Z Excusantur] Accusantur P 161 Vt] v. P[pc], ult. Z 161 constitueretur] constitui PL, constitu. ZB, constitū. D 161 xxiii.] xviii. ZB iiii.] iii. D 162 Cum] non D, *om.* Z quisque] quisquis D (*cf. Friedb. an.* 258) 163 fiunt LBD, fuerit PZ 164 quosdam] quodam P 164 excusantur] excuscantur P 166 possident LZB, possideret P, possederet D

**q.11** 169 infametur] infamentur P ei LD, scilicet *praem.* PB, *add.* Z 171 pretendi D, protendi PLB, pretendere Z

---

q.10 161 D.50 c.25 161-162 C.23 q.4 cc.32,19

**q.11** 171 D.1 c.5; D.31 c.2

**Econtra** uidetur, quia uox unius uox nullius, et idoneus testis in re sua nemo intelligitur, ut iiii. Q.iii. § Item in criminali.

**q.13** Item **queritur**, utrum episcopus indicere possit purgationem ei quem solus nouit suspectum.

**Et uidetur**, quia est incredibilis suo episcopo, ergo ab eo cogi potest ad purgationem, ii. Q.v. Omnibus.

**Econtra**: Solus episcopus nouit, ergo non potest eum a communione remouere aut suspendere purgandum, ut vi. Q.ii. Si tantum.

**Solutio**: Potest in eo casu cogi, unde in eodem capitulo legitur ‚aut', quod sequitur subdisiunctiue pro ‚et'.

---

q.12 179 in *om.* D criminali ZB, cl$^{i}$i P, c$^{i}$. L, ma$^{a}$ D

**q.13** 182 uidetur LD, unum PZB incredibilis BD] inc$^{o}$dibis P, incorrigibilis L, credibilis Z 182 cogi] regi P 183 ii. LD, vi. ZB, vii. P 184 Econtra *om.* B 185 tantum] uñ D, *illeg.* L 186 capitulo legitur Z$^{pc}$B, copitulo(!) legetur P, capitulo legetur LD

---

q.12 179 C.4 q.2 et 3 p.c.2 §24

**q.13** 183 C.2 q.5 c.19 185 C.6 q.2 c.2 186 *in eodem capitulo* sc. C.2 q.5 c.19

# D.1 t.14 de testibus

**q.1** **Queritur** de testibus, an possit alicui dari quarta productio.
**Et uidetur**, dum tamen iuret quod neque subtraxit nec percunctatus est attestationes neque hoc petit per aliquem dolum seu artem, set quia prius non potuit uti denuntiatis testimoniis, ut in Auth. de testibus.
**Econtra** non uidetur, quia non dantur nisi tres dilationes, set si daretur quarta productio daretur quarta dilatio, ergo quarta productio dari non debet. Item ex ordine tantum tres dilationes dantur reo et ex ordine quelibet quattuor productionum fit cum dilatione, ergo ex ordine tantum tres dilationes dantur et non plures.
**Solutio**: Dici potest infra unicam dilationem fieri posse quattuor productiones. Nec ultra quartam datur dilatio, cum frustra peteretur, unde secundum quosdam infra tertiam dilationem debet fieri quarta productio; ea elapsa nulla datur. Et licet productio cum dilatione fiat, non tamen productio proprie dicitur dilatio. Aliis placet etiam elapsa tertia dilatione quartam posse fieri productionem. Primum uerius. Aliis placet infra tres dilationes posse fieri centum productiones, dum tamen quarta non detur dilatio; secundum quos nichil aliud est dare quartam productionem nisi quartam dilationem ad testes producendos, que tamen non indulgetur nisi cum premisse cause cognitione. Set numquid super quolibet incidenti articulo uel super quoquo capitulo quattuor indulgentur productiones? Ius non distinguit nec est tutum distinguere; at tamen non prodest singulis legum adminicula denegari, ut lex dicit.

---

**tit.** 20 *linearum et* 1 *columnae spatium praem.* P fol. 59$^{r}$, De testibus *marg.* P fol. 59$^{va}$, *De testibus in lin.* (*rubr.*) *et marg. et supra col.* D fol. 12$^{vb}$

---

**q.1** 1 Queritur] -ueribus P 2 Et uidetur *om.* B, in iure Z subtraxit] subtractio P$^{pc}$ 3 petit] petet P 4 de testibus] de testat̄. Z 9 tres] iiii.$^{or}$ P non *om.* P 11 peteretur LBD, pateretur Z, petentur P 12 dilationem D, dıl'oıı P, dilatio B, dilationum L, dilationes Z 14–15 dilatione] delatione P 20 incidenti LBD, incedenti P, indicenti Z 21 distinguit LBD, distingit P, destinguit Z 21 est tutum] euenit D tutum LZ, inter (ınt') P, tuum B

---

**q.1** 4 *Auth.* 7.2.4 (*Nov.* 90.4)

**q.2** Item **queritur** de eo quod dicitur iiii. Q.iii. § Item in criminali, quod scilicet 'omnia sint sequenda testimonia'.
Quod **non uidetur** esse uerum, cum ex dictis testium alterius partis sit sententia ferenda contra testes alterius partis. Item cum difficile sit alterum alteri non contradicere uel aliquem alio minus dicere, etsi idem dicerent, subornati possent uideri. Quid ergo?
**Solutio**: Dici potest etiam utriusque partis testimonia esse sequenda quando non reperitur contrarietas, nam ex utriusque partis testium dictis formari potest sententia contra partem reliquam uel sequenda sunt testimonia alterius partis.
**q.3** Item **queritur**, utrum si plures ab altera parte fuerint producti et sibi inuicem contradicant, aliquibus uel nullis eorum credi debeat.
**Et uidetur** quod nullis, nam totum testimonium partis mendacio decoloratur, ut iii. Q.ix. Pura. Item sibi preiudicauit qui tales pro se adhibuit. Item dicit lex quod qui contrarias scripturas profert neutri creditur; a simili qui contrarios testes inducit nullis creditur.
**Econtra** uidetur, quia etsi contrarii sint eis tamen creditur qui testimonia magis rei apta dixerint, ut iiii. Q.iii. § Item in criminali.
**Solutio**: Dici potest etiam minori numero credendum esse, dum tamen 'quod nature negotii conueniat' etc., ut ∴ Illud capitulum intelligitur de uno teste cuius mendacium suum, non aliorum testimonium decolorat. Nec est simile de scripturis uel instrumentis, nam ea proferens sibi cauere potuit quod in testibus non contingit. Set quid si duo uel unus dumtaxat rei aptum dixerit testimonium? Numquid ei creditur? Resp.:

---

**q.2** 23 iii.] iiii. $Z^{ac}$ Item$^{2}$ *om.* D, queritur *add.* Z
**q.3** 33 utrum *marg. add.* P, *om.* ZB 34 eorum *om.* P 36 iii.] infra C. de fide instru. ZB (*cf.* 'lex' *lin.* 37) 36 Q.] 9 Z, ii. *supra lin. add.* P ix.] xi. L Pura $D^{pc}$, Pura et simplex (*est inc.* C.3 q.7 c.17) L, Puta $D^{ac}$, Propria ZB, *om.* P 37 lex] c. de fide instru. l. Diuerse quare e. t. *add.* L (*cf. Cod.* 4.21.14: *Scripturae diversae*) 38 creditur] crecl'itur P 42 ∴ $P^{pc}$, iii. Q.ix. Puta (*cf. lin.* 36) ZB, *om.* LD 42-43 Illud - non *om.* Z 42 capitulum] cū P, quod L, et B, *om.* D 44 ea] eam P 45 uel] et P 46 rei] rerum P

---

**q.2** 23 C.4 q.2 et 3 p.c.2 24 *omnia - testimonia* in C.4 q.2 et 3 c.3 (cf. Friedb. an. 20)
**q.3** 36 C.3 q.9 c.17 40 C.4 q.2 et 3 p.c.2 42 *nature - conueniat* in C.4 q.2 et 3 c.3 (cf. Friedb. an. 20) 42 ∴ sc. C.4 q.2 et 3 c.3 *Illud capitulum* sc. C.3 q.9 c.17

Non, nec etiam ad presumptionem. Set quid si eque multi, eque idonei, eque apta negotio dicentes ex utraque parte producantur? Resp.: In partem fauorabiliorem est declinandum, quia pro libertate, pro dote, pro religione, pro reo.

Set quid si inde plures, inde grauiores? Resp.: Recompensatio fieri potest pluralitatis ad grauitatem, ut pro parte fauorabiliori iudicetur, arg. xix. di. In canonicis. Immo ubicumque dubium est qui quibus debeant preferri, tutius est pro reo quam contra iudicare, arg. xxvi. Q.vii. Alligant, xxxv. Q.ix. Veniam. Set quid si omnes dixerint contra reum, quidam mitius, quidam grauius? Puta duo dixerunt eum debere duo, alii duo decem, alii duo uiginti. Quid fiet presertim si omnes eque sint idonei? Resp.: Placet quibusdam medium eligendum. Aliis placet, et hoc uerius, minimum esse sequendum, cum in id uerum sit omnes consensisse, a simili eius quod lex dicit de arbitris, quorum si unus condempnet in quinque, alius in decem, quinque dabuntur, cum in ea uterque consenserit.

**q.4** Item **queritur**, si unus testis hoc factum fuisse apud paruum pontem, alius contra apud grandem dixerit, utrum quasi contrarii sint repellendi.

**Et uidetur** exemplo sacerdotum accusantium Susannam, quorum testimonium est reprobatum, quia unus sub prino, alter sub cino dixerit factum fuisse. Item locus etiam admissi criminis in libello inscriptionis debet comprehendi, ut ii. Q.viii. § ult., circa quem si uarient testes debent reprobari, cum id quod dixit accusator non perhibeant.

Idem solet queri de tempore, puta unus dicit hoc factum fuisse mense Aprilis, alius mense Maii, an talium testimonium sit reprobandum.

Et uidetur, quia eorum testimonium tamquam plurium non recipitur 'quos temporum diuersitas simul interesse prohibuit', ut iii. Q.ix. Ni

---

q.3 51 inde[1]] pro *praem.* P 52 fauorabiliori *emend.*, fauorabiliari L, fauorabili PZD, fauorali B 53 xix. di. P, di. xix. L, xix. Z, xix. de D, xxi. di. B 54-55 Alligant] Aligant P, Alligatum L 56-57 alii duo decem *marg.* P 59 uerum *marg.* P 60 arbitris] abitris P

**q.4** 66 Et *om.* ZB 68-71 Item - fuisse *om.* D 69-70 § ult. - reprobari *marg.* P 69 ult.] vult. B 70 perhibeant L, peribebeat P, prohibeat ZB 74 prohibuit] probuit P

---

q.3 53 D.19 c.6 54-55 C.26 q.7 c.12 55 C.35 q.9 c.5

**q.4** 63-95 Cf. Hon. *S. Decr.* ad C.2 q.8 p.c.5 (lin. 6) et ad C.3 q.9 p.c.15 §2 (lin. 2) 66-68 Dan. 13.54-59 69 C.2 q.8 p.c.5 §2 74 *quos - prohibuit* in C.3 q.9 c.16 74-75 C.3 q.9 c.16

chilominus. Item testes non sunt in quibus aliqua uarietas reperitur, ut xxxv. Q.vi. De parentela.

**Econtra** non tenetur accusator diem admissi criminis in libello inscriptionis comprehendere, arg. ii. Q.viii. § ult., set nil aliud testis tenetur asserere preterquam accusator asseruerat; non ergo tenentur testes circa tempus consonare.

**Solutio**: Placet quibusdam, si tale sit crimen quod non possit iterari, quale est homicidium, dissonantes circa locum uel tempus non admittendos. Secus si sit tale quod possit iterari, quale est adulterium, quod quidem et hoc et illo tempore et hoc et illo loco potuit perpetrari. Nec obstat quod dicitur de Susanna, nam illi sacerdotes primo dixerant se eos coeuntes uidisse in eodem loco, unde postea uariantes circa locum merito falsi reputabantur. Numquid ergo sufficit si unus in uno, alius in alio loco dicat commissum adulterium? Resp.: Secundum quosdam non, nisi duo circa utrumque conueniant, locum uel tempus. Secundum alios sufficit si unus in uno, alius in alio loco dicat commissum, nam uerum est in eo quod de substantia est negotii eos consonare, scilicet in crimine, nec obest si circa accidentia reperiantur contrarii, et hoc uerius. Aliis placet non esse admittendos, si sint contrarii, qualecumque sit crimen; quibus tamen obuiat quod dictum est de accusatore qui non tenetur diem admissi criminis comprehendere, quare nec testes.

**q.5** Item **queritur**, si aliquis testium ante publicationem attestationum moriatur, utrum eius attestatione publicata possit aliquod crimen obici, quo magis eius testimonium euacuetur.

**Et non uidetur**, nam post mortem nemo accusari potest, nam crimina, ut dicit lex, morte extinguntur, ut di. xxiii. Quorumdam, xxxiii. Q.ii. Admonere, nec ergo istius post mortem pretextu criminis repelli potest testimonium, cum post mortem super crimine non possit accusari.

---

q.4 76 vi.] v. L 78 ult] vult. B 79 preterquam LZB] -quam *om.* P, quam quod D 79 asseruerat $D^{pc}$, asseuerat P, asseūat LB, asseueret Z 82 est] sit P 83 est] sit $P^{ac}$ 85 Susanna ZBD, Susansa L, Suss'anā P 87 merito] meritero P 90 loco *om.* P 91 de *om.* P

**q.5** 98 eius BD, ei *supra lin.* P, *illeg.* L, *om.* Z euacuetur $P^{pc}$D, euacuaretur ZB, *illeg.* L 101 Admonere] Ammonere ZB 101-103 pretextu - post mortem *om.* Z

---

q.4 76 C.35 q.6 c.8 78 C.2 q.8 p.c.5 §2

**q.5** 100 D.23 c.14 100-101 C.33 q.2 c.8

**Econtra** uidetur, nam aliquis post mortem etiam accusatur super crimine, ut xxiiii. Q.ii. Sane profertur, immo etiam accusatus excommunicatur, ut ibi, longe magis in modum exceptionis mortuo potest excipi crimen, cum eo pretextu nec etiam infamis efficiatur nec amplius punitur nisi quatenus a testimonio repellitur, ut in extra. de testibus c. Porro.

**Solutio**: Precise dicatur quod obici potest crimen et eius testimonium euacuari, cum ex hoc existimatio mortui nisi eatenus non ledatur, cum etiam alioquin contingeret aliquem per corruptum testem posse conuinci nec de falso posse conqueri, quod tamen licite fit usque ad xx. annos, si forense uel ciuile fuerit negotium, ut C. de falsis l. Querela, si ecclesiasticum uel spirituale, in perpetuum, ut xxxv. Q.ix. Quod quis.

**q.6** Item **queritur**, utrum testi possit aliquid obici ab eo qui eum producit, ut eius euacuetur testimonium.

**Et non uidetur**, quia sibi uidetur preiudicare qui talem induxit.

**Econtra** uidetur, quia si probat ab aduersa parte eum corruptum uel alias infamem, uidetur quod ipso iure nullum fuerit eius testimonium.

**Solutio**: Placet quibusdam in nullo casu posse nisi docuerit corruptum. Aliis placet ut passim possit prestito tamen iuramento quod eo tempore quo produxit id quod obicit non nouit, et hoc uerius.

**q.7** Item **queritur**, utrum pubes factus possit testificari de his que uidit ante pubertatem.

Et placet quibusdam, si eo tempore quo uidit doli fuit capax, in ciuili, non in criminali, potest testificari; secus, si non capax.

Secundum alios, si eo tempore credebatur maior; alioquin non.

Secundum alios indistincte non potest.

**q.8** Item **queritur**, si eius testimonium debeat euacuari qui dum testatus est credebatur liber et fuit seruus.

---

q.5 104 profertur] prefertur P 109 crimen] c. de testibus l. (ult. Z vult. B) *add.* ZB 112 fit] sit PB 113 C. de falsis] de falsis c. *tr.* B l.] i. L Querela LB, Querelam PZD 114 quis] quisquis $P^{pc}$

**q.6** 120 casu *marg.* P

**q.7** 128 potest] Et hoc uerius uidetur quia lex dicit quod etas eorum quid uiderat ignoraret (ignorarat $P^{pc}$) *in lin. add.* P (*gl.*)

---

q.5 104 C.24 q.2 c.6 107-108 JL 14156; *App.* 8.6; 1 *Comp.* 2.13.13 (X - ) 113 *Cod.* 9.22.12 114 C.35 q.9 c.3

**Et non uidetur**, ad instar barbari Philippi, cuius decreta uigorem obtinebant, cum tempore tamen quo condidit seruus fuerit et liber credebatur. Item quod ab initio secundum leges actum est ex posteriori euentu non solet immutari. Item fama communis fidem facit, ut iiii. Q.iii. § Item in criminali.

**Econtra**: Ex post facto patet eum fuisse seruum, quod secundum presentem statum debet iudicari, arg. xxii. Q.ii. Quod ait. Item si corruptum tunc fuisse postmodum constaret, posset mutari. Item plus est quod in re est quam quod in opinione.

**Solutio**: Non mutabitur eius testimonium, nam secundum leges status mutatio superueniens non interdicit testi cepto testimonio fungi.

**q.9** Item **queritur**, an iudex ex officio suo criminosum possit repellere cui reus nil obicit.

**Et uidetur**, nam 'Iudicantem' etc., ut xxx. Q.ult. Iudicantem. Item questio facti iudicis reseruatur arbitrio, ut ii. Q.iii. § Notandum. Item fides, uita etc. querenda sunt, ut ii. Q.vii. Si qui sunt, Querendum est, et, ut lex dicit, quod ommissum est per imperitiam iudicantium a iudice est apponendum. Item nisi iudex ex officio posset repellere, nulla esset distinctio que solet fieri: Exceptio alia iuris, alia iudicis, alia litigantis.

**Econtra**: Iudex de facto inquirere debet, non supplere. Item secundum quod audit debet iudicare, nichil 'de domo', idest de conscientia, debet

---

**q.8** 131 non *om.* D barbari *marg.* P 133 ab initio] ab intero P[pc] ex posteriori LD, ex posteriore PZB 134-135 Item - criminali *om.* L 135 in *om.* B 136-138 fuisse - tunc *om.* D 139 est *om.* P 141 cepto testimonio] cepta testimonia P

**q.9** 144 ult.] vult. B, vl't. Z Iudicantem[2]] Indicantem P 145 Notandum L *et Friedb.*, Notum PB, Nāt. Z, Nōt. D 146 ii. Q. vii.] ii. Q. vi. Z, iii. q. vi. Aliena B (*forsan* C.2 q.7 c.23 'Alieni' *vel* C.3 q.4 c.1 'Alieni'; *cf. lin.* 181-182, ibi C.2 q.7 c.23) 146 qui] que B est P, *om.* LZBD, ff. de postuland.' filius vētan[9] *add.* B (*forsan Dig.* 3.1 'De postulando') 147 dicit] ff. de test'. Quesit̄ *add.* B (*forsan Dig.* 22.5.13 'De testibus' l. 'Quesitum scio') 147 est *om.* P 149 alia[2+3] LZD, a PB 150 Econtra] Item L 151 conscientia] conscia P

---

**q.8** 131 *barbari Philippi* cf. *Dig.* 1.14.3 ('Barbarius Philippus cum servus fugitivus esset Romae … praetor designatus est') 134-135 C.4 q.2 et 3 c.3 §28 137 C.22 q.2 c.18

**q.9** 144 *Iudicantem* est incipit C.30 q.5 c.11 145 C.2 q.3 p.c.8 146 C.2 q.7 cc.17,18 151 *de domo* in C.3 q.7 c.4

promere, ut iii. Q.vii. Iudicet. Item medius est 'inter utramque partem', ut xiiii. Q.v. Non sane. Item iudex partes instruere non debet, cum ita uices partium ageret, quod nemini licet, ut iiii. Q.iiii. Nullus. Item si posset inquirere uel excipere, sub qua forma uerborum fieret? Sub nulla nisi sub hac: 'Frater, criminosus es, non te admittam'. Non est idiota aliquis qui hoc concederet.

**Solutio**: Dici potest nec inquirendum nec excipiendum a iudice, nam ad eius dumtaxat officium pertinet huiusmodi exceptionibus oppositis a partibus et probatis testem repellere, nisi talis sit cuius infamia notoria sit, contra quem potest excipere et repellere; et in hoc casu intelligitur illud capitulum Si qui sunt, Querendum ii. Q.vii. Et in hoc casu locum habet id quod dicitur de exceptione iudicis, licet in hoc casu magis proprie ius dicatur excipere, ut quem ius ipsum infamat improprie dicitur iudex excipere, idest a iure exceptum declarare. Vel dicatur esse eandem exceptionem iuris, iudicis et litigantis, iuris approbantis uel facientis, iudicis declarantis uel admittentis, litigantis excipientis et probantis, licet quidam dicant nullius momenti esse illam distinctionem. Vel dicatur iudicem posse inquirere ubi non est notoria infamia, non ut in iure excipiat uel inquirat, set extra ius a uicinis inquirere posset cuius opinionis sit testis uel accusator, non tamen ut repellat, set ut secundum audita bona uel sinistra maiorem uel minorem fidem adhibeat.

**q.10** Item **queritur**, si notoria sit alicuius infamia, utrum teneatur eum admittere iudex, si reus de sua iustitia confidens uelit eum contra se admitti.

**Et uidetur**, quia cuilibet licet renuntiare his que pro se introducta sunt. Econtra: Quos prohibet pretor postulare omnino prohibet, etiam si reus eum admittere uelit. Item hoc est ius publicum ne talis admittatur, ac iuri publico per peccata priuatorum, ut dicitur lex, preiudicari non potest, ergo nec huic priuilegio suo potest accusatus renuntiare, ut ii. Q.vii. Alieni.

---

q.9 152 iii. Q.vii. Iudicet] iii. Q.vi. Iudicet Z, iii. Q.viii. Iudices D 153 Non LZB, Enim P, *om.* D 162 Si qui sunt] Equi sunt Z, Si qui sit B Q.vii.] Q.vi. Z 164 improprie] proprie P 166-167 iuris - litigantis *om.* D uel facientis L, uel fatigantis uel P, et fatigantis Z, et fatigatis B

**q.10** 175-179 <iudex> - admittere *marg.* P, *om.* LB 179 ius] iuris P

---

q.9 152 C.3 q.7 c.4; *inter - partem* in C.14 q.5 c.15 153 C.14 q.5 c.15 154 C.4 q.4 cc.1,2 162 C.2 q.7 cc.17,18

**q.10** 181-182 C.2 q.7 c.23

**Solutio**: Placet quibusdam admitti posse; aliis uidetur in contrarium, et hoc uerius. Set quid si ad talium accusationem et testimonium esset quis condempnatus? Resp.: Nil uidetur actum, cum iuris ordo non fuerit seruatus. Set quid si tunc temporis credebantur tales, unde lata sententia eo comperto poterit reuocari? Resp.: Non secundum quosdam ad instar serui, ut dictum est supra; aliis uidetur secus esse de crimine quam de statu, et hoc uerius forte.

**q.11** **Item queritur**, si hereticus possit exihberi testis pro catholico.

**Et uidetur**, ut ii. Q.vii. Si hereticus.

Set econtra hereticus est excommunicatus, ut xxiiii. Q.i. Que dignior. At excommunicatus non habet personam standi in iudicio, ut iiii. Q.i. c. i., ii., unde nec testis fieri potest, quod quidem precise est uerum.

**q.12** Set **queritur**, utrum Iudeus Iudeum possit testem inducere contra Christianum.

**Et uidetur**, arg. in extra. ex Romano concilio Iudei.

**Econtra**: Non est testis nisi iuratus, ut ii. Q.iiii. Nullam, iii. Q.ix. Hortamur; at Iudeo non debet fieri copia sacramentorum, ergo testis fieri non potest. Set quid si Iudeus aliquot Iudeis testibus affirmatiuam probauerit, Christianus puram negatiuam tot testibus Christianis? Vtris magis credetur? Resp.: Christianis, licet contra iuris ordinem testificentur. Aliis tamen uidetur in contrarium, cum fauore religionis non debeat iuris ordo peruerti, ut di. lxi. Miramur, ibi 'Non est in cuiusquam persona' etc.

---

q.10 184 esset *om.* P 186 credebantur] credebatur P tales] talis P

**q.11** 191 Q.vii.] Q.vi. Z 192 xxiiii.] xiiii. D[ac] 193 iiii. BD, viii. *et* uel vii. *supra lin. et* ergo illi c. est derogatum ut v. Q. vii. *marg. add.* P (C.5 q.7 *non exstat*), vii. Z, *illeg.* L 193 Q.i.] Que dignior *add.* B 193-194 c.i., ii.] c.iii. Z

**q.12** 195 Set ZBD, Si P, *illeg.* L possit ZBD, *om.* P, *illeg.* L 197 ex Romano] de Iudei D, *illeg.* L 197 concilio] cum Z, *om.* D, *illeg.* L Iudei *illeg.* L 198 Nullam P[pc], Nulla BD, Nullo Z, *illeg.* L 200 affirmatiuam] affirmatm̄ P, affirmatum B, affirmatam D, confirmationem L, astantibus Z 200-201 probauerit] si *praem.* P[pc], āpliauerit Z 202 Resp.] supra reliquis nostris non iurabunt, set in radali (*vox incerta, forsan pro* rotulo) eorum ubi x. precepta continentur *marg. add.* P (*gl.*) 202 ordinem] ordiem P 203 testificentur LZB, testificetur PD 204 debeat LBD, debeant P, debet Z 204 lxi.] lii. ZB Miramur] Ortamur Z 204-205 ibi - etc. *om.* Z 205 persona LD et *Friedb.*, personam PB

---

q.10 188 *ut - supra* cf. Hon. *S. Quaest.* D.1 t.14 q.8

**q.11** 191 C.2 q.7 c.26 (palea) 192 C.24 q.1 c.26 193-194 C.4 q.1 cc.1,2

**q.12** 197 3 *Conc. Lat.* c.26; 1 *Comp.* 5.5.5 (X 2.20.21) 198 C.2 q.4 c.3 198-199 C.3 q.9 c.20 204 D.61 c.5 204-205 *Non - persona* in D.61 c.5 §3

**q.13** Item **queritur**, utrum serui admittantur ad testimonium contra coniugium seruorum, ut probent uel huiusmodi.

**Et uidetur** ratione paritatis, sicut hereticus contra hereticum admittitur, ut ii. Q.vii. Si hereticus. Item monachus monachum potest sepelire, alium nequaquam, ut xvi. Q.i. c. i.

**Set contra**: Bone opinionis esse debent, qui contra matrimonium admittuntur, ut xxxv. Q.vi. Notificasti.

**Solutio**: Non admittuntur cum pari ratione infames possent admitti.

**q.14** Item **queritur**, utrum diaconus monoculus possit admitti contra sacerdotem.

**Et non uidetur**, nam sine manifesta macula esse debent qui in sacerdotes debent accusare, ut ii. Q.vii. Testes. Item non admittuntur contra sacerdotem nisi qui possunt esse sacerdotes, ut ii. Q.vii. Ipsi, Testes. Set talis sacerdos esse non potest, ut di. lv. Si euangelica, ergo testis non esse potest.

**Econtra**: Iste potest ministrare in officio diaconi; 'non enim potest amittere quod tempore sinceritatis accepit', ut di. lv. Precepta, unde uidetur quod admitti possit.

**Solutio**: Quibusdam placet eum admitti non posse, quod tamen uidetur inconueniens. Set queritur, si omnia capitula apostolice regule debeant in teste concurrere. Et hoc quibusdam placet; unde si fuerit auarus, litigiosus, sue domui non bene prepositus, admitti non debet. De laicis certum est quod non possunt testificari, ut in extra. de testibus De cetero.

**q.15** Item **queritur**, an testes cogi debeant.

**Et uidetur**, nam occultare ueritatem est mortale peccatum, ut xi. Q.iii. Quisquis. Set quilibet debet cogi a mortali peccato, ergo quilibet potest

---

**q.13** 212-213 ut xxxv. - admittuntur *om.* L 213 Solutio] Ergo B

**q.14** 214 monoculus LD, monachus P, monachum Z, monacus B 216 esse debent LZ, debent esse B, esse debet P, debet esse D 217-218 Testes - ii. Q.vii. *om.* ZB 218 Ipsi, Testes] Ipsi sunt testes Z 219 di. lv.] di. c.l.v. D 221 Econtra ZBD, Contra PL 221-122 amittere LB$^{pc}$D, admittere PZB$^{ac}$ 225 inconueniens *marg.* P 225 Set] Item D capitula *om.* P regule] ℞ P

**q.15** 230 de testibus cogendis *marg. add.* D 232 quilibet] et *add.* P, quibus Z

---

**q.13** 209 C.2 q.7 c.26 (palea) 210 C.16 q.1 c.1 212 C.35 q.6 c.3

**q.14** 217 C.2 q.7 c.39 218 C.2 q.7 cc.38,39 219 D.55 c.13 221-222 *non - accepit* in D.55 c.12 ante §1 222 D.55 c.12 226-227 *auarus - prepositus* cf. 1 Tim. 3.2-4 228-229 JL 14091; *App.* 8.8; 1 *Comp.* 2.13.14 (X 2.20.14)

**q.15** 230-247 Cf. Hon. *S. Decr.* ad C.2 q.6 c.38, lin. 11-23 231-232 C.11 q.3 c.80

cogi, ut testis fiat ad propalandam ueritatem, arg. v. Q.v. Illi qui, arg. xiiii. Q.ii. Quamquam.

**Econtra**: Nemo 'ad testimonium dicendum' pulsari debet, ut ii. Q.vi. Statuendum. Item testis cogi non debet nisi ubi ob potentiam uel metum aduerse partis ferre non uult testimonium, ut in extra. de testibus Super eo.

**Solutio**: Hodie non cogetur nisi in casu in quo indulget decretum. Vel distingue: Si sponte interfuit, cogi potest. Sibi enim uidetur imposuisse necessitatem. Si fortuito, secus. Contra decretum tamen potest obici, cum magis uideatur cogendus qui nullum metum allegat quam is qui aliquem, cum metus possit excusare, si iustus est, quod tamen non est uerum. Presumitur enim quod qui nullum allegant metum et nolunt testificari, quod diffidant de iustitia ipsius pro quo producendi erant; de aliis autem presumitur quod, si auderent, uellent, et ita presumitur de iusticia ipsius.

**q.16** Item **queritur**, qualiter illud sit intelligendum quod dicitur iiii. Q.iii. § Item in criminali, quod qui unum et premeditatum sermonem dixerint non recipiuntur. Numquid si idem dixit secundus quod primus et idem tertius et quartus et sic de ceteris, dicetur subornatum testimonium? Resp.: Non. Set pone primum ad interrogata nolle respondere et alios eum per omnia sequi nec uelle ad interrogata respondere, eorum tamquam subornatum et suspectum testimonium debet refutari.

---

q.15 233 propalandam ZBD, probandam PL Illi qui *om.* Z 234 ii.] iii. ZB 235 ii.] xii. Z vi.] vii. $P^{ac}$, ii. $B^{ac}$ 236 Statuendum] Statuenda $B^{ac}$ 236-237 metum LZD, morem P, motum B 237 de testibus] coḡ *supra lin. add.* D 239 decretum] -tum *ras.* $P^{pc}$, decretalis Z, d'tc̄ $B^{pc}$, deere(!) D 240 interfuit] et *add.* PD 240 imposuisse] non *praem.* L 243 metus LD, metu PZB; cf. Hon. *S. Decr.* ad C.2 q.6 c.38, lin. 12-13: Metus allegatus potest a coactione excusare 243 excusare LD, accusari P, excusari ZB 247 ipsius] spiritus $P^{pc}$

**q.16** 249 quod] qui *praem.* P, quia Z, *om.* B unum] uā P 250 recipiuntur BD, repıııııtur L, recipiantur Z, recipiunt $P^{pc}$, receperint $P^{ac}$ 252 pone] pene P 252 interrogata LZD, interroga P, -terrogata B 253 et - respondere *marg.* P 253 eum] enim P 254 testimonium BD, *post* eorum Z, testis *et post* debet *tr.* L, *om.* P 254 refutari] Item queritur si mulier possit testis esse. Dicunt quidam quod non nisi suam uel suorum etc. (cf. JL 14091; *App.* 8.8; 1 *Comp.* 2.13.14 (X 2.20.14) et Hon. *S. Quaest.* D.1 t.11) uel exceptis casibus. Ad hoc sciendum quod in contractibus et in matrimonio potest esse testis, in testimonio et iudicio non potest *add.* D (*gl.*)

---

q.15 233 C.5 q.5 c.4 234 C.14 q.2 c.2 235 *ad - dicendum* in C.2 q.6 c.38 235-236 C.2 q.6 c.38 237-238 JL 13970; *App.* 8.7; 1 *Comp.* 2.14.4 (X 2.21.3)

**q.16** 248-249 C.4 q.2 et 3 c.3 §27

**q.17** Item **queritur**, utrum illorum testimonio sit credendum qui dicunt se specialiter scire et nullam allegant causam scientie.
**Et uidetur**, nam tales admittuntur, ut ii. Q.i. Imprimis; id solum est de substantia, unde id solum sufficit comprehendere.
**Econtra**: Eo ipso quod nullam causam allegat scientie uidetur uacillare; cuiusmodi testis non admittitur, ut iiii. Q.iii. § Item in criminali.
**Solutio**: Dici potest quod si requisiti a iudice causam scientie non responderint, set idem uerbum repetierint, ut suspecti possunt repelli; secus si non fuerint requisiti.
§ Item in summa id sciendum est quoniam tria sunt que ante testimonium debent obici testi: Seruitus. Item causa criminalis quam habet ille, contra quem testis producitur, cum eodem teste uel econtra. Item specialis excommunicatio. Alia autem omnia usque ad tempus disputationis possunt iure reseruari.
Item et id sciendum est quia in casu etiam ante litem contestatam testes recipiuntur, quia propter temporis moram aut mutabunt consilium aut moriuntur; hiis casibus ante litem contestatam recipiuntur, et hoc si uelit is statim litem contestari; secus si contra.
**q.18** Item **queritur**, utrum si possessor suam possessionem continuam quattuor testibus probet et petitor totidem testibus probet in contrarium, quibus sit fides adhibenda et pro qua parte sit seruanda.
**Et uidetur**, quod pro possessore, cum 'proniora sint iura ad absoluendum' etc., ut in extra. de prescriptionibus Ex litteris.
**Econtra**: Difficilius probatur continua possesssio quam interruptio; set ei quod difficilius probatur difficilius creditur, unde difficilius creditur testibus possessoris quam interruptoris.

---

**q.17** 256 se *om.* P 257 Et uidetur *om.* D ii. Q. i.] vii. q. i. L, de con. d. iii. B 258 id] ad P, idem Z 259 scientie LB, sententie P, in iure Z, *om.* D 260 cuiusmodi BD, cuiusquam P, cuius L, quo Z Q.iii.] Q.iiii. Z Item *om.* L 269 et LZB, ad P, *om.* D etiam *om.* P contestatam] 9t̄ L, 9 P, 9. testes BD, cum Z 271 hiis - recipiuntur *om.* B hiis D, his L, is Z, aliis P 272 is LZB, hiis D, *om.* P

**q.18** 273 queritur *om.* B 276 Et *om.* B pro *om.* P sint] sit P, sunt (s̄) Z 277 prescriptionibus] in (*supra lin.*) s'eptum P 278 Econtra] Contra B 278-279 Difficilius - probatur *marg.* P

---

**q.17** 257 C.2 q.1 c.7 260 C.4 q.2 et 3 c.3 §1

**q.18** 276-277 *proniora - absoluendum* cf. JL 13845; *App.* 38.2; 1 *Comp.* 2.12.2 (X 2.19.3); cf. Hon. *S. Quaest.* D.1 t.13 q.7, lin. 99-101, ubi citantur C.26 q.7 c.12 et C.35 q.9 c.5 277 JL 13845; *App.* 38.2; 1 *Comp.* 2.12.2 (X 2.19.3)

**Item**: Esto quod possessor inducat tres testes ad probandam decennalem possessionem. Vnus testificatur de continua decennali possessione, secundus de quinquennali, alius de sequenti quinquennali. Queritur, utrum hoc testimonium sufficiat ad probationem decennalis possessionis. Et **uidetur**, nam et isti duo testificantur de decennali possessione, ille de decennali, unde uidetur ei factam fidem.

**Econtra**: Per nullos duos fit ei fides de decennali possessione nec minori numero est credendum, ergo horum testimonio non est probata prescriptio.

**Solutio**: Ad primum dicunt quidam testes interruptoris preferendos, cum facilius probetur interruptio quam continua possessio; aliis placet pro possessore esse iudicandum, arg. in extra. de prescriptionibus Ex litteris, licet in simili casu non loquitur illa decretalis. In secundo precurrit probata prescriptio.

**q.19** Item **queritur**, utrum iudex a quo est appellatum possit esse testis coram iudice appellationis super eodem negotio.

**Non uidetur**, nam cum idem sit negotium, non potest diuersarum personarum gerere officium, ut iiii. Q.iiii. Nullus, xvi. Q.i. Ne pro cuiuslibet, expressum est ii. Q.vi. Statuendum.

**Econtra**: Litteris continentibus allegata et attestata a iudice transmissis iudex appellationis credit; set cuiuscumque uoci mortue creditur, eius uoci uiue magis credi debet, ergo ei testificanti credi debet. Item si litigator appellasset, cum confessus esset, nonne liceret iudici super hoc testificari?

**Solutio**: Dici potest super principali negotio non posse testificari. Ceterum super hiis que coram eo sunt allegata uel attestata testificari poterit, cum nec sic testificetur super principali, set potius iudicem appellationis instruat qualiter ex gestis coram se sententiam confirmare uel infirmare debeat.

---

q.18 282 testificatur LBD, *dupl.* P[pc], testatur testificatur P[ac], testatur Z 286 uidetur] dicitur P 287 ei] ea P 288 numero] n'uo P 293-294 precurrit] procurrit P
**q.19** 298 xvi.] *lac. add.* Z 299 Statuendum] est *add.* B 303 debet] in aut̄. coll'. ix. ii. sponsal' larḡ § i. (*Auth.* 9.2.1 (*Nov.* 119.1)) *marg. add.* D (*gl.*) 303 Item] nonne *add.* PD, *om.* B 303 liceret LZD, licet P, licent B 306 que] qui P 308 gestis] egestis P

---

q.18 292-293 JL 13845; *App.* 38.2; 1 *Comp.* 2.12.2 (X 2.19.3)
**q.19** 298 C.4 q.4 cc.1,2 298-299 C.16 q.1 c.37 299 C.2 q.6 c.38

**q.20** Item **queritur**, quid iuris sit, ubi Titius accusat Seium super homicidio serui sui et inducit quattuor testes, duo dicunt eum occidisse seruum Titii, duo dicunt eum occidisse, set non seruum. Numquid tenebitur de seruo occiso?

**Non uidetur**, quia sequenda sunt eorum testimonia qui pro reo testificantur, quia hii dicunt quod seruum non occidit, ergo eorum testimonio est potius credendum.

**Econtra**: Per duorum testimonium constat legitime de morte serui, ergo debet condempnari.

**Solutio**: Dici potest quod tenetur de occiso. Set quid si duo inducti erant ex una parte, duo ex alia et predicto modo dicerent? Resp.: Secundum quosdam, si agitur criminaliter, de homicidio condempnabitur, quia in id omnes consentiunt; si ciuiliter, ad consequendum duplum pronuntiabitur secundum testes rei. Aliis uidetur idem hic quod in premisso casu esse iudicium.

---

**q.20** 310 Seium LBD, sem̄. Z, seruum P 311 homicidio] homicidium P